

TM. M 32



TM M 32





PHILIPPUS DUTRIEU
ENUCLEATUS.

SEU

MANUDUCTIO
EJUSDEM AD LO-
GICAM

Tabulis xxx. inclusa,

ET IN LUCEM EDITA


A

GEORGIO FRIDERICO REIN-

MANNO, Scholæ Rudolstadtensis olim Rectore, hodiè
verò Ecclesiæ ibidem Diacono.

AD MOMUM.

*Invide quid nostros carpis Tu Mome labores?
Si libet, ut video, carpere, carpe tua.*



7 E N Æ,

Literis GEORGI SENGENVALDII,
M. DC. LIV.

PHILIPPUS DURELL
ENGLIEN
MANUDUCTIO
EJUSDEM AD LO
GICAM
Tabulis xxx. inclusis
GEORGIO FRIEDERICO WEIN



IN GEORGII FRIEDERICI WEINI
V. D. L. I. V.






PER-ILLVSTRI ET GENEROSISSIMO

COMITI AC DOMINO,

DN. ALBERTO ANTONIO,
S. R. I. QUATUOR-VIRO, COMITI IN
SCHVVARTZBURGK ET HOHNSTEIN,
DOMINO ARNSTADII, SONDERSHUSÆ,
LEUTENBERGÆ, LOHRÆ ET CLET-
TENBERGÆ, &c.

COMITI ET DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.



Nsolam Solius & Trinunius DEI
Gloriam, Per-Illustris ac Generosissime Comes
& Domine, Domine Clementissime! Per-
Illustri & Generosissimo TUO sub Nomine
PHILIPPUS DUTRIEU ENUCLEA-
TUS, atque TABULIS hisce XXX. Synopti-
cis inclusus prodit. Nec quenquam, cui mirum hoc videatur, heic
loci futurum puto. Multis enim, ut singularem Tuam in me indi-
gnum Clementiam silentii pede transfiliam, notum est, quantum Cle-
mentissimi & Amoris & Favoris Per-Illustris & Generosissimus Co-
mes ac Dominus, Dominus LUDOVICUS GUNTHERUS,
S. R. I. Quatuor-Vir, Comes in Schvvartzburgk & Hohnstein, &c.
Per-Illustr. Generos. TUÆ Dominus PARENS desideratissimus,
Comes ac Dominus Meus heu! quondam Clementissimus, beatis-
simæ memoriæ, in me omnium minimum, dum in vivis esset, deriva-
verit. Multis insuper cognitum, quantum Per-Illustris & Generosis-
sima Domina GENETRIX TUA, COMES ET DOMINA
MEA CLEMENTISSIMA, clementiæ, quantum munificen-
tiæ in me miserum collocaverit, & in hodiernum usque, absit jactan-
tia dictis! collocet. Pro quo Clementissimo Clementiæ singularis
favoniô gratias ut agam habeamque publicas, easque immortales, &

): (2

æquitas



æquitas jubet, & pietas suadet, & humilima mea subjectio mihi imperat. Age ergò, Per-Illustris & Generosissime Comes ac Domine, Domine Clementissime! hoc quaecunque donum chartaceum, gratissimi & humilimi animi signum, strenæ locò cum devotò, felicissimi novi anni votò humilimè oblatum, clementissimâ mente & manu suscipe, exinde de fidelitate & dexteritate meâ, quâ de forsan invidus Momus sinistrè judicat, in Juventutem Scholasticam per tempus benè longum collatâ, clementissimè collige, atque CLEMENTIÆ TUÆ ocellos in me dirigere ne desiste. Habebit ita malus quod timeat, bonus quod gaudeat, atq; ita mecum humilimè voveat: VIVAT, VIVAT ALBERTUS ANTONIUS, Dominus Noster Clementissimus, VIVAT, inquam, & videat dierum longævitatem, omnimodam prosperitatem, Regiminis futuri tranquillitatem, Domûs Generosissimæ felicitatem, tandemque serus Conviva Tonantis (quod de suo Martialis mihi largiatur) beatam æternitatem. Dabam Rudolstadt I è Museò, d. 20. Decemb. 1654.


PER-ILLVSTR. GENEROSIT.

-VESTRÆ

Subjectissimus

Georgius Fridericus
Keinmann.





TAB. I.

DE PROPOSITIONE ET TERMINIS
IN GENERE.

Duae sunt Partes Dialectice, nimirum

<p>I. <i>Judicium</i>, seu Pars <i>Cōmunis</i> & <i>prior</i>, confiderans <i>Syllogismi Formam</i>, secundū <i>tres mentis Operationes</i>, quarum</p>	<p>I. <i>Simpli</i>ciū <i>ap</i>prehensio, quæ agit de</p>	<p>I. <i>Ter</i>minis, quorum</p>	<p>1. <i>Præ</i>co-gnitio, quæ est <i>Propo</i>sitio, cujus notetur</p>	<p>2. <i>Requi</i>sita, nimirum</p>	<p>3. <i>An</i>nota-tio</p>	<p>1. <i>Definitio</i>: <i>Propositio est alicujus de aliquo affirmativa, negativæ oratio</i>: ut, homo est animal, homo non est lapis.</p>	<p>1. <i>Sub</i>jectum, est id, de quò aliquid affirmatur vel negatur, ut in dictis Propositionibus vox <i>homo</i>.</p>	<p>2. <i>Præ</i>dicatum, est id, quod de aliquo affirmatur vel negatur. Ut in allatis Propositionibus vox <i>animal</i>, & vox <i>Lapis</i>.</p>	<p>3. <i>Copula</i>, est verbum, conjungens Prædicatum cum Subiecto. Ut, in prædictis Propositionibus verbum Substantivum <i>Est</i>.</p>
<p>III. <i>De Compositis</i> ratiocinatio.</p>	<p>III. <i>Ante</i>Prædicamentis.</p>	<p>III. <i>Ante</i>Prædicamentis.</p>	<p>4. <i>Ad Universalia Preparatio</i>, per <i>Prædicationem</i>, de quâ etiam in seq.</p>	<p>De quibus omnibus in seqq.</p>	<p>In sequent.</p>	<p>Hinc Syllogismus</p>	<p>{ Demonstrativus, Topicus, Sophisticus.</p>		
								<p>IV. <i>Prædicamentis</i>.</p>	<p>V. <i>Post</i>prædicamentis.</p>

A

TAB. II.

TAB. II.
DE TERMINIS IN SPECIE, EORUM-
QUE DIVISIONE.

Termini Definitionem sequitur Eiusdem Diviso: Est autem Terminus vel

- I. { *Syncategorematicus*, est vox, quæ per se nihil significat, aliis tamen juncta illis certum significandi modum tribuit. Ut, omnis, nullus. Tales sunt omnes casus obliqui Nominum, item Partes Orationis Grammaticæ indeclinabiles, nec non Signa Universalia & Particularia, ut omnis, aliquis, quidam: Affirmantia & Negantia, ut omnis, nullus, non.
- I. { *Categorematicus*, est vox, quæ per se aliquid significat, nec ullum includit Syncategorema. Ut, homo, animal.
- I. { *Mixtus* est, qui categorema & Syncategorema includit. Ut, nemo, continet enim significationem harum duarum vocum, *nullus homo.*
- II. { *Incomplexus seu simplex* { *Voce tantum*, est una dictio, pluribus æquivalens, ut, album i. e. res albedine prædita.
- II. { *Incomplexus seu simplex* { *Significatione tantum*, qui componitur quidem ex pluribus dictionibus, sed quæ significatione uni æquivalent. Ut, animal rationale i. e. homo.
- II. { *Incomplexus seu simplex* { *Voce & Significatione simul*, est una dictio simplicis significationis. Ut, homo.
- II. { *Complexus* { *Voce*, idem est, quod simplex significatione: pluribus enim vocibus una res significatur.
- II. { *Complexus* { *Significatione*, idem est, quod simplex Voce; unâ enim voce plures dictiones & termini continentur.
- II. { *Complexus* { *Voce & Significatione simul*, qui componitur ex pluribus dictionibus, habentibus etiam Compositam Significationem. Ut, homo albus.
- III. { *Concretus*, qui *formam & subjectum* significat. Ut, album, nam hæc dictio significat albedinem, quæ est forma, & rem præditam albedine, ut nix, quæ dicitur Subjectum albedinis, *Denominat autem Terminus Concretus vel*
- III. { *Concretus*, qui *formam & subjectum* significat. Ut, album, nam hæc dictio significat albedinem, quæ est forma, & rem præditam albedine, ut nix, quæ dicitur Subjectum albedinis, *Denominat autem Terminus Concretus vel* { *Intrinsicè*, quando tribuitur ei, in quo est forma, per ipsum significata. Ut, album, respectu lactis, nivis, &c. quia in ipsis est albedo.
- III. { *Concretus*, qui *formam & subjectum* significat. Ut, album, nam hæc dictio significat albedinem, quæ est forma, & rem præditam albedine, ut nix, quæ dicitur Subjectum albedinis, *Denominat autem Terminus Concretus vel* { *Extrinsicè*, quando tribuitur ei, in quò non est forma per ipsum significata. Ut, videri, respectu parietis, nam visio non est in pariete, sed in oculo.
- IV. { *Abstractus* qui significat *solum formam, non autem subjectum*. Ut, albedo: tantum enim significat albedinem, quæ est forma, non autem rem affectam albedine, quæ est subjectum.
- IV. { *Connotativus*, qui significat formam quasi adjacentem: i. e. qui significat adjectivè. Ut, album, coloratum, dulce: itaque sola Adjectiva sunt connotativa.
- IV. { *Absolutus*, qui non significat formam quasi adjacentem, i. e. non adjectivè. Ut, albedo, homo, lapis, animal.
- V. { *Denominans*, est abstractum, respondens termino Denominativo seu Connotativo. Ut, albedo respectu albi.
- V. { *Denominativus*, est, qui cum aliquo abstracto convenit significatione & initio dictionis, sed finali terminatione distinguitur. Ut, album, respectu albedinis.
- V. { *Denominatus*, est subjectum formæ, de quò vox denominativa accidentaliter dicitur. Ut, nix est denominatum albi.
- VI. { *Univocus*, qui pluribus tribuitur in eadem significatione. Ut, homo, respectu Joannis & Petri.
- VI. { *Equivocus*, qui pluribus tribuitur in diversâ significatione. Ut, canis respectu canis domestici & constellationis. Est autem æquivocus vel.
- VI. { *Equivocus*, qui pluribus tribuitur in diversâ significatione. Ut, canis respectu canis domestici & constellationis. Est autem æquivocus vel. { *Purè*, qui plura æquè primò significat. Ut canis, respectu canis domestici & constellationis.
- VI. { *Equivocus*, qui pluribus tribuitur in diversâ significatione. Ut, canis respectu canis domestici & constellationis. Est autem æquivocus vel. { *Analogus*, qui plura non æquè primò significat, sed unum primariò, alterum secundariò. Ut, homo, respectu hominis veri & picti.
- VII. { *Comparatus: comparantur autè termini, ut* { 1. *Repugnantes*, qui de se invicem universaliter negari possunt. Ut, homo & brutum.
- VII. { *Comparatus: comparantur autè termini, ut* { 2. *Convertibiles*, qui de se invicem universaliter affirmari possunt. Ut, homo & rationale.
- VII. { *Comparatus: comparantur autè termini, ut* { 3. *Ut magis & minus communes*, quorum unum potest de altero affirmari, sed non contrà. Ut, animal & homo: dico enim: Omnis homo est animal, sed non, O, animal est homo.
- VII. { *Comparatus: comparantur autè termini, ut* { 4. *Ut excedentes & excessi*, quorum neuter de altero universaliter affirmari vel negari potest, sed tantum particulariter, Ut, homo & albus.

DE PRÆDICATIONE, SEU AD UNIVERSALIA PRÆPARATIONE.

I. Definitio: Prædicatio est Propositio affirmativa. Ut, homo est animal.

Improperia, cujus aliqua pars sumitur in impropria significatione. Ut, prara rident. Et hæc est vel

Causalis, in qua effectus de sua causa, vel causa de suo effectu in recto prædicatur. Ut, præsentia Solis est dies: nam dies est effectus præsentia Solis.

Concomitativa, in qua unum de altero affirmatur in recto, ideo tantum, quod necessario cum illo existat. Ut, generatio unius est corruptio alterius, vulnus in corde est mors: Generatio enim non est idem, quod corruptio, sed eam tantum necessario sequitur, quemadmodum mors sequitur vulnus in corde, licet non sit idem quod mors.

I. Definitio: Prædicatio Propria est, cujus omnes partes sumuntur in propria significatione. Ut, homo est animal.

I.

Propria, ubi

II. Diviso: Est vel

Ordinata, in qua id prædicatur, quod aptius est prædicari. Ut homo est animal. Et hæc iterum vel

Intrinsicca, cujus formale prædicatum est in Subjecto. ut, homo est albus, nam albedo est in homine. Hæc vel

I.

Essentialis, cujus totum Prædicatum est de essentia Subjecti. Ut, homo est animal.

Accidentalis, cujus Prædicatum vel nullâ ex parte, vel non totum est de essentia Subjecti. Ut, Joannes est albus, Joannes est homo albus.

In quid, quâ aptè respondetur quærenti quid sit res. Ut, homo est animal.

In quale, Essentialiam, ut homo est rationalis.

II.

& est illa, quæ non est in quid. Idque vel secundum

Accidentia & Proprietates. Ut, homo est risibilis, albus. Petrus est in templo. Vel, ut Excellentiss. Stablius b. m. loqui amat, in quale, aut alio quocunque modo.

Extrinsicca, cujus formale Prædicatum non est in Subjecto. Ut, paries videtur.

Contra Ordinem, in qua id prædicatur, quod aptius est subijci. Ut, animal est homo.

Inordinata, in qua non prædicatur id, quod aptius est prædicari. Ut, animal est homo. Et hoc fit vel

Preter ordinem, in qua neutrum aptius est subijci vel prædicari quam alterum. Ut, album est dulce. Est vel

Identica, cujus Subjectum & Prædicatum sunt ejusdem prorsus significationis. Ut homo est homo, ensis est gladius.

Per accidens, in qua unus terminus connotativus de altero etiam connotativo prædicatur. Ut album est dulce, flavum est amarum.

Necessaria, quæ sic est vera, ut non possit esse falsa. Ut, homo est animal, est rationalis, est risibilis,

Contingens, quæ potest esse vera & falsa. Ut, Joannes est probus.

Impossibilis, quæ sic est falsa, ut non possit esse vera, ut homo est brutum, est irrationalis, &c.

1. Prædicatio dicitur Propositio affirmativa, quia etsi negatio aliquo modo dici possit prædicatio, quatenus nimirum non subijcitur, ordinariè tamen solet intelligi affirmatio.

2. Finis hujus doctrinæ est, ut tyrones statim initio rudem saltem notitiam habeant variarum Prædicationum, sine qua definitiones Universalium nequeunt intelligi.

3. Divisio Prædicationis Impropiæ in Causalem & Concomitativam hæc quidem loci ex Autore Philippo Dutrieu, ponitur, sed ab Excellentissimo Domino Slevogtio, Præceptore nostro honoratissimo non immerito rejicitur, quippe quæ falsis nititur principiis & rationibus. Falsum enim, quod copula in his Prædicationibus: Præsentia Solis est dies, Generatio unius est corruptio alterius, &c. non significet identitatem prædicati cum subjecto, sed habeat significationem impropriam & tropicam, quæ contra naturam Copula, uti rectissime contra Calvinianos docetur. Falsum & hoc, quod præsentia Solis sit Causa diei, & dies effectus præsentia Solis; item, quod generatio non sit idem cum corruptione, sed tantum eam necessario comitetur: Præsentia enim Solis in nostro hemisphærio est ipse dies à parte rei, non ejus causa, nec dies illius effectus. Sicuti etiam generatio non est distincta à corruptione, sed est cum eâ realiter idem, sunt enim unus motus & una mutatio, quæ, quatenus expellitur una forma, Corruptio, & quatenus introducitur alia, Generatio dicitur. In his ergo Prædicationibus Verbum Substantivum EST, propriam significationem retinet, & identitatem rei denotat, per Subjectum & Prædicatum significatæ, ut aded illæ nec Causalem, nec Concomitativam sensum habeant, sed Identicum, uti accuratissime loquitur modò laudatus Excellentiss. Slevogtius, Disputat. Log. de Prædicatione th. 51.

III. Annotatio.

DE TERMINO SINGULARI ET UNIVERSALI.

Sequuntur modi Prædicandi seu Prædicabilia, quorum ratione Terminus est vel

I. *Singularis*, seu Individuum, cuius

1. *Definitio*: Individuum est, quod prædicatur de uno solo particulari. Seu: *Individuum* est terminus simplex, qui ex vi significationis, quam habet, non est aptus verè affirmari de multis univocè & divisim, sed tantum de uno. Ut, Joannes, Petrus, hæc arbor, &c.
1. *Determinatum ex nomine*, est nomen Proprium alicujus rei. Ut, Joannes, Petrus, Eridanus.
2. *Determinatum ex demonstratione*, quod constat nomine communi, & Pronomine demonstrativo. Ut, hic homo.
3. *Vagum*, quod constat nomine communi & signò particulari. Ut, aliquis homo.
4. *Ex hypothese*, quod absolute quidem ex vi significationis suæ dici potest de multis, factâ tamen certâ suppositione de uno tantum potest affirmari. Ut, Filius Deiparæ, i.e. Christus, quia Mariâ præter Christum nullum habuit Filium.

I. *Definitio*: *Universale* est, quod de multis aptum est prædicari: Scilicet ordinatè, naturaliter, & directè, tanquam superius de suo inferiori. Seu: *Universale* est terminus simplex, qui, quantum est ex vi significationis, quam habet, aptus est verè affirmari de pluribus univocè ac divisim, & (si mentem Porphyrii spectes) intrinsicè, idque ratione rei unius naturæ. Ut, homo respectu Joannis & Petri, animal respectu hominis.

Definitio: *Genus* est, quod de pluribus specie differentibus hoc ipso quid est prædicatur. Ut, animal respectu hominis & bruti.

Quid, ut

Genus, cuius

Divisio: Est vel

- I. *Subalternum*, quod modò genus est, modò species, genus respectu inferiorum, species verò respectu superiorum. Ut, animal. Talia sunt omnia, quæ inter genus summum & speciem infimam collocantur.
- II. *Remotum*, inter quod & speciem unum vel plura genera interjecta sunt. Ut, corpus respectu hominis.
- III. *Proximum*, inter quod & speciem nullum aliud interjicitur genus. Ut, animal respectu hominis.

Species, ubi

Divisio: Est vel

- Specialissima*, quæ infra se non habet speciem, sed individua. Ut, homo.
- Subalterna*, quæ nihil aliud est, quàm genus subalternum.

Definitio: *Differentia* est id, quod de pluribus specie vel numero differentibus hoc ipso quale quid est prædicatur. Ut, rationale respectu hominis, Joannis & Petri.

Essentiale, nimirum Differentia, cuius

Divisio: Est vel

- Generica*, quæ constituit *genus*, scilicet Subalternum. Ut, sensitivum respectu animalis.
- Constitutiva*, quæ constituit specie. Et hæc vel
- Specifica*, quæ proximè & immediatè constituit speciem specialissimam. Ut, rationale respectu hominis.
- Divisiva*, quæ dividit *genus*. Ut, rationale & irrationale respectu hominis.

Definitio: *Proprium* est, quod de multis specie vel numero differentibus accidentaliter & necessariò prædicatur. Ut, risibile, respectu hominis, Petri, &c.

Modi: Proprii

- Primò modò*, quod soli cuiquam accidit speciei, etsi non omni. Ut, Grammaticus respectu hominis.
- Secundò modò*, quod omni, etsi non soli. Ut, bipes, respectu hominis.
- Tertiò modò*, quod soli & omni, at quandoque. Ut canescere respectu hominis.
- Quartò modò*, quod soli & omni, semperque accidit. Ut risibile, respectu hominis.

Definitio: *Accidens* est, quod adest atque abest sine subjecti corruptione. Ut, album respectu parietis.

Quale, quod prædicatur vel

Cōtingenter, ut

Accidens, cuius

Divisio: Est vel

- Separabile*, quod reipsâ & faciliè à subjecto abesse potest, sine ipsius corruptione. Ut, album respectu parietis.
- Inseparabile*, quod reipsâ nullò modò vel agrè admodum abesse potest à subjecto sine ipsius corruptione. Ut, nigrum respectu corvi.



TAB. V.

DE ANTEPRÆDICAMENTIS.

In primâ mentis Operatione occurrunt etiam Antepredicamenta, quorum

I. Tres Definitio-
nes,

1. *Univocorum*, quorum & nomen commune est, & ratio substantiæ nomini accommodata eadem. Ut, homo & brutum, respectu animalis, Joannes & Petrus, respectu hominis.
2. *Æquivocorum*, quorum nomen solum commune est, ratio verò substantiæ nomini accommodata diversa. Ut, canis domesticus & sidus cœleste, respectu nominis canis: homo verus & pictus, respectu nominis, homo.
3. *Denominativorum*, quæ ab aliquo (scilicet abstracto) nominis appellationem habent (id est, derivantur) solò differentia casu (id est, finali terminatione discrepantia.) Ut, album respectu albelinis, fortis respectu fortitudinis.

Dicuntur vel } *Cum Complexione*, ut homo currit.
} *Sine Complexione*, ut homo, equus, &c. Quid autem sit, *dici cum complexione*, & *dici sine complexione*, seu *Terminus Complexus & incomplexus*, dictum est supra TAB. II.

II. Duae Divisio-
nes, nimirum
eorum quæ

- } *De Subiecto* (scilicet Propositionis) *dicuntur*, sed *in subiecto* (scilicet in hæsiōnis) *non sunt*. Ut, Substantia Universalis e. g. homo, dicitur quidem de Subiecto, quia potest esse Prædicatum respectu Joannis & Petri; sed *in subiecto nullo est*, quia est Substantia.
- } *In Subiecto sunt*, sed *de Subiecto non dicuntur*. Ut, accidens singulare, e. g. hæc fortitudo, hæc eruditio, fortitudo Alexandri Magni, eruditio Aristotelis.
- } *Et de Subiecto dicuntur, & in Subiecto sunt*. Ut, accidens Universale e. g. albedo, nigredo.
- } *Nec sunt in Subiecto, nec de Subiecto dicuntur*. Ut, Substantia Singularis, e. g. Petrus. Hic paucis *nota*, sensum hujus Divisionis esse sequentem: *Quædam Entia sunt Substantia, quædam Accidentia, & utraque vel universalis, vel singularis.*

1. *Cum alterum de altero prædicatur*, tanquam de Subiecto, quotcunque de Prædicato dicuntur (scilicet Universaliter) etiam de Subiecto dicuntur. Ut, quia homo prædicatur de Petro, ideoque quicquid de homine prædicatur, etiam de Petro prædicari potest. Sic, quia animal prædicatur de homine, ideoque quicquid de animali prædicatur, etiam de homine prædicari potest: Item, quia album prædicatur de pariete, ideoque quicquid de albo prædicatur, e. g. coloratum, etiam de pariete prædicari potest.

III. Duae Regu-
le, quarum

2. *Generum disperforum, & non subalternatim positorum*, diversæ sunt specie differentia: Eorum verò, quæ subalternatim posita sunt, nihil prohibet, differentias esse easdem. Prioris membri exemplum est *animal & Scientia*: Posterioris *animal & corpus*.

TAB. VI.
DE PRÆDICAMENTIS IN GENERE.

<p>I. In numero singulari Definitio:</p>	<p><i>Categoria sive Prædicamentum</i> est series sive ordo terminorum magis & minus communium, id est, generum & specierum, in quò sub unò summò genere, multa genera, species & Individua continentur.</p>												
<p>II. Divisio: Prædicamenta sunt decem, & dividuntur in</p>	<p><i>Substantiam</i>, de quâ in seq. Tab.</p> <p><i>Definitio</i>: <i>Accidens</i> est Ens in aliò existens, tanquam in subjecto, i. e. quod ad sui naturalem existentiam requirit subjectum in hæfionis. Ut albedo, nigredo: albedo enim non potest existere nisi vel in nive, vel aliò aliquò subjectò: Simili modò, nigredo non potest existere, nisi in corvò, vel aliò aliquò subjectò.</p> <table border="0" style="width: 100%; margin-top: 10px;"> <tr> <td style="width: 15%; vertical-align: middle;"> <p><i>Accidens</i>, cujus</p> </td> <td style="width: 15%; vertical-align: middle;"> <p>Enumeratio, nimirum</p> </td> <td style="width: 70%;"> <table border="0" style="width: 100%;"> <tr> <td style="width: 33%;"><i>Quantitas.</i></td> <td style="width: 33%;"><i>Qualitas.</i></td> <td style="width: 33%;"><i>Ad aliquid</i>, seu <i>Relatio.</i></td> </tr> <tr> <td><i>Actio.</i></td> <td><i>Passio.</i></td> <td><i>Ubi.</i></td> </tr> <tr> <td><i>Quando.</i></td> <td><i>Situs.</i></td> <td><i>Habitus.</i></td> </tr> </table> </td> </tr> </table> <p><i>Annotatio</i></p> <ol style="list-style-type: none"> 1. In definitione <i>Accidentis</i>, Verba: ad sui naturalem existentiam, ideò adduntur, quia supernaturaliter accidens sine subjecto in hæfionis existere potest. 2. Id in subjecto esse dico, quod in aliquo quidem est, & non ut pars, ut sit autem seorsum ab eo, in quò inest, fieri nequit, inquit Aristoteles. 	<p><i>Accidens</i>, cujus</p>	<p>Enumeratio, nimirum</p>	<table border="0" style="width: 100%;"> <tr> <td style="width: 33%;"><i>Quantitas.</i></td> <td style="width: 33%;"><i>Qualitas.</i></td> <td style="width: 33%;"><i>Ad aliquid</i>, seu <i>Relatio.</i></td> </tr> <tr> <td><i>Actio.</i></td> <td><i>Passio.</i></td> <td><i>Ubi.</i></td> </tr> <tr> <td><i>Quando.</i></td> <td><i>Situs.</i></td> <td><i>Habitus.</i></td> </tr> </table>	<i>Quantitas.</i>	<i>Qualitas.</i>	<i>Ad aliquid</i> , seu <i>Relatio.</i>	<i>Actio.</i>	<i>Passio.</i>	<i>Ubi.</i>	<i>Quando.</i>	<i>Situs.</i>	<i>Habitus.</i>
<p><i>Accidens</i>, cujus</p>	<p>Enumeratio, nimirum</p>	<table border="0" style="width: 100%;"> <tr> <td style="width: 33%;"><i>Quantitas.</i></td> <td style="width: 33%;"><i>Qualitas.</i></td> <td style="width: 33%;"><i>Ad aliquid</i>, seu <i>Relatio.</i></td> </tr> <tr> <td><i>Actio.</i></td> <td><i>Passio.</i></td> <td><i>Ubi.</i></td> </tr> <tr> <td><i>Quando.</i></td> <td><i>Situs.</i></td> <td><i>Habitus.</i></td> </tr> </table>	<i>Quantitas.</i>	<i>Qualitas.</i>	<i>Ad aliquid</i> , seu <i>Relatio.</i>	<i>Actio.</i>	<i>Passio.</i>	<i>Ubi.</i>	<i>Quando.</i>	<i>Situs.</i>	<i>Habitus.</i>		
<i>Quantitas.</i>	<i>Qualitas.</i>	<i>Ad aliquid</i> , seu <i>Relatio.</i>											
<i>Actio.</i>	<i>Passio.</i>	<i>Ubi.</i>											
<i>Quando.</i>	<i>Situs.</i>	<i>Habitus.</i>											
<p>III. Positio, seu quot modis aliquid ponatur in Prædicamento, nimirum</p>	<ol style="list-style-type: none"> 1. <i>Subiecta</i>, seu quæ sint illa, quæ directè ponuntur in Prædicamentis, nimirum <i>Summum Genus</i>, cum iis, de quibus prædicatur in quid, scilicet <i>subalternis</i>, <i>speciebus specialissimis</i> & <i>Individuis</i>. <table border="0" style="width: 100%; margin-top: 10px;"> <tr> <td style="width: 15%; vertical-align: middle;"> <p>I. Directè, ubi</p> </td> <td style="width: 85%;"> <ol style="list-style-type: none"> 1. <i>Terminus simplex</i>: Hinc rejiciuntur à Prædicamentis <i>Orationes</i>, & <i>Voces Complexæ</i> quoad significationem. 2. <i>Ens reale</i>, h. e. quod reipsà existit, vel existere saltem potest. Hinc excluduntur <i>Entia rationis</i>. 3. <i>Ens unum</i>, h. e. <i>unius nature</i>. Hinc rejiciuntur omnes termini, significantes composita per <i>Accidens</i>. Ut, <i>arte facta</i>, <i>sedes</i>, <i>vestis</i>. 4. <i>Ens completum</i>, quod non concurret tanquam pars ad compositionem rei <i>unius nature</i>. Ut, <i>anima</i>, <i>corpus</i>, <i>caput</i>, &c. 5. <i>Ens finitum</i>, quod est finitæ perfectionis. Ut, omnes <i>creaturæ</i>. Excluditur ergò <i>DEUS Creator</i>, quia est <i>Ens infinitum</i>: quamvis alii aliter sentiant. </td> </tr> </table> 2. <i>Requisita</i> seu <i>Conditiones</i>: Ut enim aliquid directè in Prædicamento collocetur, requiritur ut sit <ol style="list-style-type: none"> II. <i>Indirectè</i> ponuntur <i>differentiæ</i>, nam hæ ad latus generum tantummodò constituuntur, ad divisionem faciendam. III. <i>Reductivè</i>, quæ aliquem respectum habent ad ea, quæ directè collocantur. V. g. partes <i>substantiæ</i> reductivè ponuntur in Prædicamento <i>substantiæ</i>, ut, <i>caput</i>, <i>manus</i>, <i>pes</i>: Et punctum ponitur in Prædicamento <i>Quantitatis</i>, quia <i>Linea</i> est in prædicamento <i>Quantitatis</i>. Sic <i>album</i> collocatur in Prædicamento <i>Qualitatis</i>, quia <i>albedo</i> est in eodem, seu collocatur in eodem Prædicamento. 	<p>I. Directè, ubi</p>	<ol style="list-style-type: none"> 1. <i>Terminus simplex</i>: Hinc rejiciuntur à Prædicamentis <i>Orationes</i>, & <i>Voces Complexæ</i> quoad significationem. 2. <i>Ens reale</i>, h. e. quod reipsà existit, vel existere saltem potest. Hinc excluduntur <i>Entia rationis</i>. 3. <i>Ens unum</i>, h. e. <i>unius nature</i>. Hinc rejiciuntur omnes termini, significantes composita per <i>Accidens</i>. Ut, <i>arte facta</i>, <i>sedes</i>, <i>vestis</i>. 4. <i>Ens completum</i>, quod non concurret tanquam pars ad compositionem rei <i>unius nature</i>. Ut, <i>anima</i>, <i>corpus</i>, <i>caput</i>, &c. 5. <i>Ens finitum</i>, quod est finitæ perfectionis. Ut, omnes <i>creaturæ</i>. Excluditur ergò <i>DEUS Creator</i>, quia est <i>Ens infinitum</i>: quamvis alii aliter sentiant. 										
<p>I. Directè, ubi</p>	<ol style="list-style-type: none"> 1. <i>Terminus simplex</i>: Hinc rejiciuntur à Prædicamentis <i>Orationes</i>, & <i>Voces Complexæ</i> quoad significationem. 2. <i>Ens reale</i>, h. e. quod reipsà existit, vel existere saltem potest. Hinc excluduntur <i>Entia rationis</i>. 3. <i>Ens unum</i>, h. e. <i>unius nature</i>. Hinc rejiciuntur omnes termini, significantes composita per <i>Accidens</i>. Ut, <i>arte facta</i>, <i>sedes</i>, <i>vestis</i>. 4. <i>Ens completum</i>, quod non concurret tanquam pars ad compositionem rei <i>unius nature</i>. Ut, <i>anima</i>, <i>corpus</i>, <i>caput</i>, &c. 5. <i>Ens finitum</i>, quod est finitæ perfectionis. Ut, omnes <i>creaturæ</i>. Excluditur ergò <i>DEUS Creator</i>, quia est <i>Ens infinitum</i>: quamvis alii aliter sentiant. 												

TAB. VII.



TAB. VII.
DE SUBSTANTIA.

I. *Definitio* : Substantia est Ens per se existens. Ut, homo, lapis. Illud dicitur per se existere, quod ad sui naturalem existentiam non requirit subjectum inhaesionis : Seu, quod non existit in alio, tanquam in subjecto, scilicet inhaesionis. Ut, homo, animal.)

II. *Divisio* : Substantia est vel

Prima, est substantia *Singularis*. Ut, Joannes, Petrus. (Merito vocatur *prima* & *singularis Substantia*, à substando, quia substat omnibus aliis, tanquam primum & imum fundamentum : non solum enim omnia accidentia recipiuntur in illâ, ut in subjecto inhaesionis, sed etiam omnes substantiæ illi insunt essentialiter, & de eâ prædicantur tanquam de primò subjecto essentiali.

Secunda, est substantia *Universalis*. Ut, homo, animal. (Substantia *Universalis* cum non substet omnibus aliis substantiis (non enim substat substantiis singularibus) sed tantum accidentibus, non est primum reliquorum fundamentum & subjectum, sed velut secundarium ; & ideo rectè dicitur Substantia *Secunda*.)

1. *Commune est omni Substantia in Subjecto non esse*. i. e. omnis Substantia naturaliter existit sine subjecto inhaesionis. *Esse autem in Subjecto est* 1. *esse* in aliquo, nimirum propriè, actu & formaliter. 2. *Non esse* in eo tanquam pars v. g. digitus in manu. 3. *Non esse* aptum, existere sine eo, in quo est, saltem naturaliter. Ita excluduntur substantiæ, quæ sunt in aliquo, ut in loco, vase aut tempore : possunt enim esse extra locum, extra vas & tempus, in quibus nunc sunt.

2. *Una Substantia non est alteri contraria per se*. Dico *per se*, quia per accidens, ratione alterius, nempe inhaerentium qualitatum, substantiæ possunt esse contrariæ. e. g. ignis & aqua sunt inter se contraria, ratione caloris & frigoris, quæ duo posteriora sunt contraria per se.

III. *Affectio* seu *Proprietas*, cujus

3. *Substantia non recipit magis aut minus*. Seu : Nomina Substantiarum non prædicantur cum Adverbiis *magis* & *minus*, scilicet strictè secundum formam intentam vel remissam (aliàs enim, nimirum latè, quando significat idem, ac prædicari quovis modo cum adverbiis *magis* & *minus*, Substantia prima potest dici magis Substantia, quàm secunda, & secunda, quæ primæ propior magis Substantia, quàm quæ ab ea remotior) Ut, Joannes non est magis homo, quàm Petrus, licet sit major.

4. *Una & eadem Substantia. Vicissim (successivè seu diversis temporibus) suscipere potest Contraria tanquam subjectum ultimum*, i. e. quod non est in ulteriori Subjecto. Ut, una & eadem aqua vicissim recipit calorem & frigus : aqua enim quæ antea erat frigida, jam potest esse calida, & quæ antea erat calida, jam potest esse frigida.

IV. *Annotatio* : Definitio Substantiæ & Accidentis si accuratiùs examen sustinere debeat, vix sustinebit, uti videre est in *Disputat. Excellentiss. Slevogtii de Differentia Substantiæ & Accidentis*.

In Prædicamentis principem obtinet locum Substantia, cujus



TAB. VIII.
DE QUANTITATE.

- Secundum Prædicamentum est *Quantitas*, cujus
- I. *Definitio*: *Quantitas est*, secundum quam aliquid dicitur quantum, vel aliqua dicuntur aliquot, ut linea bipedalis, ternarius. Seu: *Quantitas est* accidens per se extensum. Extensio enim est primus quantitatis conceptus, divisibilitas verò est conceptus secundarius: Additur autem per se, ut excludantur qualitas & alia accidentia, quæ extensa sunt non per se, sed per quantitatem, e.g. albedo in charta est extensa ad extensionem chartæ,
- Inchoans*, à quò *quantitas* ducit initium. Ut primum momentum horæ, seu primum punctum lineæ.
 - Terminus qui vel*
 - Finiens*, in quod *quantitas* desinit. Ut, ultimum momentum horæ, seu ultimum punctum lineæ.
 - Communis*, quò partes quantitatis conjunguntur. Ut, medium momentum horæ, seu medium punctum lineæ.
 - Continua*, cujus partes aliquò terminò communi copulantur, ut linea. Ejus spectatur
 - Linea*, est magnitudo longa, non lata, cujus partes punctò copulantur.
 - Superficies*, est magnitudo longa & lata, non profunda, cujus partes lineâ copulantur.
 - Corpus*, est magnitudo longa, lata & profunda, cujus partes superficie copulantur.
 - II. *Divisio*: Est vel
 - 1. Terminus*
 - Permanens sive magnitudo*, cui non repugnat, habere omnes partes simul existentes, Ut, lineæ. Et hæc *quantitas continua* est triplex, nimirum
 - Successiva sive Tempus*, cui repugnat habere omnes partes simul existentes. Ut, hora, dies, annus.
 - Definitio*: *Quantitas discreta* est, cujus partes nullo terminò communi copulantur. Ut, binarius, ternarius, & cæteri numeri.
 - Discreta, cujus*
 - Divisio*: Juxta vulgarem opinionem *Quantitas discreta* est vel
 - Numerus*, qui est *quantitas discreta permanens*, seu multitudo ex unitatibus collecta. Ut, ternarius.
 - Oratio*, est *quantitas discreta successiva*. Seu, est multitudo ex diversis syllabis longis vel brevibus collecta. Ut, hæc voces prolata: Joannes ambulat.
 - 2. Subdivisio*: Est vel
 - III. *Affectio*
 1. *Quantitati nihil est contrarium*. i.e. una *quantitas non est alteri contraria per se*, seu ratione sui. Ut una linea non est alteri contraria. Dico *per se*, quia *per accidens* una potest esse alteri contraria. Ut, superficies alba nigræ.
 2. *Quanto magis & minus esse non competit*. i.e. *concreta quantitatum non prædicantur cum adverbis magis & minus*, scil. in sensu Logicò, eoque stricto & proprio. Ut, unum bicubitum non dicitur aliò magis vel minus bicubitum. Aliàs là tè & minus propriè e.g. una linea dicitur magis longa, quàm altera, scilicet propter majorem extensionem.
 3. *Proprium quantitatis* (scilicet molis, non virtutis) est *maximè equalitas & inequalitas*. Ratio est, quia solæ *quantitates dicuntur per se*, i.e. ratione sui æquales vel inæquales: alia verò dicuntur æqualia vel inæqualia ratione ipsarum quantitatum.

TAB. IX.

TAB. IX.
DE QUALITATE.

Tertium Prædicamentum est Qualitas, cuius

I. Divisio: Qualitas est, quâ quales quædam dicuntur. Seu, est accidens, à quô aliquid dicitur quale. Ut, albedo, ab eâ enim homo dicitur albus: justitia, ab ea enim homo dicitur justus. Dicitur quale, est denominari concretô (cujus abstractum est in prædicamento qualitatis) per quod aptè respondetur quæstioni factæ per quale tantum. Ut paries dicitur qualis seu albus ab albedine, quia si quæratür qualis sit paries, rectè respondèbitur: est albus.

II. Divisio: Dividitur Qualitas in quatuor species, quæ omnes duplici voce sub disjunctione exprimuntur. Est autem ejus species

1. *Habitus vel dispositio*, est qualitas acquisita vel infusa, quâ subjectum redditur promptum ad operandum, difficulter vel facillè mobilis (*difficulter respectu habitus; facillè respectu dispositionis*, quæ facillè à subjecto separatur) Ut habitus citharisandi, scientia, virtus, temperantia longò actu confirmata, intemperantia paucis actibus comparata. Ad hanc speciem pertinent omnes scientiæ; artes; virtutes; vitia (scilicet respectu materialis, non formalis significati) item *agilitas* corporis, qualis est in saltatoribus, imò omnes *affectiones*, quæ in homine cernuntur. Differunt ut *perfectum & imperfectum*.

2. *Vis naturalis vel imbecillitas*, est qualitas à naturâ insita, quâ subjectum redditur potens vel impotens (*potens respectu vis, impotens respectu imbecillitatis*) ad aliquid faciendum, aut resistendum, aut suscipiendum suam perfectionem. Ut, vis audiendi in juvene, imbecillitas in sene; durities in ferrò, mollities in cerâ. Ad hanc speciem pertinent omnes facultates animalium, plantarum, lapidum, mineralium, item *hominis intellectus & voluntas*. Differunt quoque, ut *perfectum & imperfectum*.

3. *Patibilis qualitas vel passio*, est qualitas, unico sensu exteriori perceptibilis, vel appetitus affectio difficulter aut facillè mobilis. Ut, albedo, nigredo, ira, odium. Nota: si qualitas, *unico sensu exteriori perceptibilis, vel appetitus affectio* (e. g. ira, odium, amor, læritia, tristitia) sit *difficulter mobilis, vocatur patibilis qualitas*: Ut, inveteratum odium: Si autem sit, *facillè mobilis, vocatur passio*: ut, rubor, ortus ex verecundia. Differunt ut *diuturnum & subitaneum*.

4. *Figura vel forma*, est qualitas, quantitatem terminatam consequens. Ut, triangulus, quadratum, forma hominis vel leonis. Differunt ita, ut *Figura* tantum locum habeat in *Mathematicis, vel in aliis, quæ mente concipiuntur*; *Forma* verò sit illa *forma externa, quam videmus in rebus corporeis*: Seu, ut alii volunt, *figura à materia sensibili abstrahitur, forma verò materia sensibili est conjuncta*.

III. Affectio

1. *Contrarietas in qualitate esse videtur*. Seu, *Una qualitas est alteri contraria per se, & ratione sui*. Ut, albedo est contraria nigredini, justitia injustitiæ, calor frigori.

2. *Qualia recipiunt magis & minus*. Ut, unum album dicitur magis album, quàm alterum. Dico qualia, non qualitates: Concreta enim, non abstracta qualitatis, prædicantur cum adverbis magis & minus.

3. *Similia dissimiliaq; per solas qualitates dicuntur, scilicet propriè*: quæcunque enim similia aut dissimilia dicuntur, dicuntur talia ratione suarum qualitatum. Ut, duo parietes albi sunt similes ratione suarum albedinum: paries autem albus & niger sunt dissimiles ratione diversarum qualitatum. Sic Petrus dicitur similis Paulo, eruditione, albedine, &c.

TAB. X.
DE SEPTEM ULTIMIS PRÆDICAMENTIS.

- Seguntur reliqua septem Prædicamenta, nimirum
4. *Relatio*, seu ad aliquid, ubi
1. *Definitio*: Ad aliquid sunt ea, quorum esse idem est ei, quod est ad aliquid aliquo modo se habere. i. e. quæ nihil aliud denotant, quàm relationem ad aliud. Ut Pater & filius: Dominus & servus, &c.
 2. *Requisita*, quorum duo nimirum
 1. *Fundamentum*, est id, à quò incipit relatio. i. e. quod refertur & comparatur cum aliò.
 2. *Terminus*, est id, in quod tendit relatio. i. e. id, cum quò aliud comparatur. Ut, si dicas: Anchises est Æneæ Pater, fundamentum est Anchises, terminus est Æneas. Vel sic: Pater est filii Pater; fundamentum est Pater, terminus Filius.
 3. *Differentia* inter Relativa & Correlativa. Dicuntur autem
 1. *Relativa*, quæ referuntur ad aliud. Ut, Pater, Dominus, &c.
 2. *Correlativa*, quæ referuntur ad se invicem: Ut, Pater & filius; Dominus & servus; Præceptor & discipulus.
 4. *Divisio*: Relativa sunt vel
 1. *Equiparantia*, quæ referuntur ad correlativum ejusdem nominis. Ut, simile, æquale: nam simile est simili simile: æquale est æquali æquale.
 2. *Disquiparantia*, quæ referuntur ad correlativa diversi nominis. Ut, Dominus servus: Pater filius. Dominus enim est servi Dominus, non Domini.
 5. *Affectio*
 1. *Omnia relativa referuntur ad sua correlativa*. Ut, Pater est filii Pater: Dominus est servi Dominus.
 2. *Ea quæ sunt ad aliquid, simul naturâ esse videntur*. Ut, Pater & filius, Dominus & servus. Aliàs Pater est naturâ prior filio, sed non ut Pater, verùm ut generans. Ergò addendum videtur: quæ sunt ad aliquid, seu quatenus sunt ad aliquid, & quatenus sunt relata.
- V. *Actio*,
cujus
1. *Definitio*: *Actio* est forma, à quâ quippiam dicitur agere. Ut, calefactio, per quam ignis dicitur calefacere lignum, aquam, hypocauftum.
 2. *Divisio*: Est vel
 1. *Immanens*, quæ manet in agente, nullamque evidentem mutationem extrinsecus infert. Ut, visio, intellectio.
 2. *Transiens*, quæ ab agente exit, & in patiente recipitur. Ut calefactio, exit enim ab igne, & transit in aquam.
 3. *Affectio*
 1. *Actio est actioni contraria*. v. g. calefacere & frigefacere.
 2. *Actio recipit magis & minus*. Ut, unum Ens dicitur magis calefacere, agere, &c. quàm aliud. Intelligendum hoc est de Concretis actionis, non abstractis.
- VI. *Passio*,
cujus
1. *Definitio*: *Passio* est forma, à quâ quippiam dicitur pati. Ut, calefactio, per quam aqua dicitur calefieri ab igne.
 2. *Divisio*: Est vel
 1. *Perfectiva*, quæ patiens perficit. Ut discipulus, qui à Præceptore actione perficitur.
 2. *Destructiva*, quæ patiens abolet. Ut, lignū, quod ab igne consumitur.
 3. *Affectio* est eadem cum actione.
- VII. *Ubi*, est præsentia rei in loco. Ut, esse in scholâ, forò, templò.
- VIII. *Quando*, est existentia rei in tempore. Ut, fuisse heri, esse hodiè, cras fore.
- IX. *Situs*, est dispositio partium in ordine ad locum. Ut, stare, sedere, cubare.
- X. *Habitus*, est indumenti vel ornamenti ad corpus applicatio. Ut, esse calceatum, coronatum, barbatum.

TAB. XI.
DE POSTPRÆDICAMENTIS.

In primâ mentis operatione restant Postprædicamenta

I. Opposita, quorum

1. *Definitio*: *Opposita* sunt repugnantia, quæ præcisè repugnant. i. e. quorum neutrum alicui tertio æquè vel magis repugnat eodem repugnandi modò. Ut album & nigrum: album enim nulli tam repugnat, quàm nigro.

1. *Relativè Opposita*, quæ id, quod sunt oppositorum, aut aliò aliquò modò dicuntur. Ut, Pater & filius. *Dici Oppositorum* est referri ad opposita in genitivo casu expressa. Ut, Pater est filii Pater. *Dici aliquò modò ad illa*, est referri ad opposita in alio casu, quàm genitivo expressa. Ut, majus est minore majus. Paucis: *Relativè opposita sunt relatum & correlatum.*

2. *Contraria* quorù
1. *Definitio*: *Contraria* sunt, quæ sub eodem genere posita maximè à se invicem distant, eidem subjecto susceptivo vicissim insunt, à quò se mutuò expellunt, nisi alterum insit à naturâ. Ut, album & nigrum. Seu: *Contraria* sunt duæ qualitates, quarum una alteram expellit.

2. *Diviso*: *Opposita* sunt vel

2. *Diviso*: sunt vel
Immediata, quæ non habent medium, quod sit subjectum capax. Ut, sanum & ægrum: nullum enim datur medium, quod sit subjectum capax nec sanitatis, nec ægritudinis.

Mediata, quæ habent medium, quod sit subjectum capax. Ut, album & nigrum, quæ pro medio habent parietem rubrum,

3. *Privantia*, sunt

Habitus, est quævis forma, quæ haberi potest.

Privatio, est absentia formæ à subjecto *capaci*, & tempore à naturâ determinato. Dico in subjecto *capaci*, quia absentia formæ à subjecto *incapaci*, non dicitur privatio, sed pura negatio, ut *ante tempus à naturâ determinatum*. Ut, Cæcis non dicitur cæcus, sed non visivus. Sic etiam catulus ante nonum diem.

4. *Contradictoria*, quæ nullum habent medium: Seu, quæ opponuntur ut esse & non esse. Ut, homo & non homo, album & non album.

II. *Prius*: Est autem aliquid prius alterò

1. *Tempore*, quod altero est antiquius: Ut, Plato Aristotele.
2. *Naturâ*, quod ab alterò rectè infertur, sed non vicissim alterum infert. Sic unum est prius duobus, & causa est prior suò effectû, e. g. DEUS creaturâ, ferrum gladiò.
3. *Ordine*, quod ordine alterum præcedit, e. g. Exordium præcedit narrationem.
4. *Dignitate*, quod dignius est & præstantius. Ut, aurum argentò.
5. *Consecutione*, à quò licèt reciprocetur essendi consequentia, est tamen alteri causâ, ut sit. Sic prior est effectû causa reciproca, quæ alterius causâ existit, & cum eò convertitur. Ut, ortus Solis est prior die, rationabile risibili.

III. *Simul*

1. *Tempore*, quorum generatio seu productio fit eodem tempore. Ut, homo est risibile.
2. *Naturâ*, quæ convertuntur essendi consequentiâ, neutrum tamen, ut sit alterum, causa est. Ut, Pater & filius, Dominus & servus.
3. *Divisione*, sunt diversæ species ejusdem generis. Ut, homo & brutum. Quò pertinent etiam differentiæ, constituentes illas species.

VERSUS.

Tempore, naturâ, prius ordine, dic, & honore,
Et causa effectûs dicitur esse prior.

Tempore dico simul, quorum generatio nunc est,
Quæ convertuntur dicimus esse simul.
Suntq; simul species genus unum distribuentes.

TAB. XII.

TAB. XII.
DE ENUNCIATIONE.

- I. *Definitio*: *Enunciatio* est oratio, quæ vera est, vel falsa: *Vera*, quando est conformis rei significatæ, seu, quando cum re, quam affirmat vel negat, consentit. Ut, homo est rationalis, homo non est lapis. *Falsa*, quando est difformis rei significatæ, seu, quando à re, quam affirmat vel negat, dissentit. Ut, homo est lapis, homo non est rationalis.
- In doctrinâ de Enunciatione, quæ ad secundam mentis Operationem spectat, notetur
- II. *Divisio*: Dividitur ratione
- Substantiæ, Et sic est vel
- { *Categorica* seu *simplex*, quæ constat unò subjectò & unò prædicatò, tanquam præcipuis partibus. Ut, homo est animal.
Hypothetica sive *Composita*, quæ constat pluribus Enunciationibus simplicibus, tanquam præcipuis partibus. Ut, si dies est, lux est. Duæ enim insunt Enunciationes simplices, quarum una, dies est; altera, lux est. *Cognoscitur* quando præfigitur *Conjunctio* *Conditionalis* *SI*; aut interponitur *Copulativa* *ET*, vel *Disjunctiva* *AUT*. Rectius ergò *Enunciatio* *Composita* ita definiri posse videtur: *Enunciatio* *Composita* est cujus vel *Subjecto* *Conjunctio* præfigitur, vel partes principales *Conjunctio* ne aliquâ uniuntur.
- Qualitatis, Et est vel
- { *Affirmativa*, in quâ prædicatum affirmatur de subjecto. Ut, virtus est laudanda.
Negativa, in quâ prædicatum removetur sive negatur de subjecto. Ut, vitium non est amandum.
Universalis, cujus subjecto præfigitur signum universale. Ut, omnis homo est animal, nullus homo est irrationalis.
Particularis, cujus subjecto præfigitur signum particulare. Ut, aliquod animal est rationale.
Indefinita, cujus subjecto communi nullum præfigitur signum. Ut, homo est doctus.
Singularis, quæ constat subjectò singulari. Ut, Petrus ambulat. *Nota*: prima divisio respondet quæstioni factæ per *quæ*? secunda per *qualis*? tertia per *quanta*? juxta *Versum*: *Quæ*? *Ca*: vel *Hyp*: *Qualis*? *Nc*: vel *Aff*: *Un*: *Quanta*? *Par*: *In*: *Sin*:
- Quantitatis, Et est vel
- { 1. *Definitio*: *Opposita* (scil. *Enunciationes*) sunt affirmatio & negatio ejusdem de eodẽ non æquivocè. Ut, O. homo est doctus. N. homo est doctus.
1. *Contrariæ*, sunt oppositæ universales. Ut, in allato exemplo. Harum lex est: *Contrariæ* non possunt esse simul veræ, possunt tamen esse simul falsæ.
2. *Subcontrariæ*, sunt oppositæ particulares vel indefinitæ. Ut, aliquis homo est doctus, aliquis homo non est doctus. Harum lex est: *Subcontrariæ* possunt esse simul veræ, non simul falsæ.
3. *Contradictoriæ*, sunt oppositæ, quarum una est universalis; altera particularis aut indefinita. Ut, O. homo est doctus, Q. homo non est doctus. Harum Lex: *Nec* simul veræ, nec simul falsæ esse possunt.
- III. *Affectio*
2. *Equipollentia*, cujus
- { 1. *Definitio*: *Enunciationes equipollentes* sunt diversæ *Enunciationes*, constantes eodẽ prædicatò & subjectò, sed diversis signis, idem significantes. Ut, non omnis homo est temperans, aliquis homo non est temperans.
1. *Si* subjecto *Enunciationis* *Universalis* postponatur *negatio*, redditur æquipollens suæ *Contrariæ*.
2. *Si* subjecto (ejusq; signo) præponatur *negatio*, redditur æquipollens suæ *Contradictoriæ*.
3. *Si* subjecto præponatur & postponatur *negatio*, redditur æquipollens suæ *Subalternæ*. *Versus*: *Post* *Contra*: *Præ* *Contradic*. *Præ* *postq;* *Subalter*.
3. *Subalternatio*: Sunt autem *Subalternæ* duæ propositiones constantes eodẽ subjectò & prædicatò, ejusdem qualitatis, sed diversæ quantitatis. Ut, O. homo est animal. A. homo est animal. *Harum* *Lex*: *Ex* *veritate* *Subalternantis* sequitur *veritas* *subalternatæ*; *non* *contrà*. *Sed* *ex* *falsitate* *subalternantis* sequitur *falsitas* *subalternatæ*; *benè* *contrà*. *Universalis* dicitur *subalternans*, *particularis* *subalternata*.

TAB. XIII.

TAB. XIII.

DE DEFINITIONE.

I. *Partiū definitio*, nimirū } 1. *Definiti*: *Definitum* est, quod oratione explicatur. Ut, homo respectu hujus orationis, animal rationale.
 } 2. *Definitionis*: *Definitio* est oratio, naturam alicujus explicans. Ut animal rationale respectu hominis.

Quid nominis, quæ alicujus vocis significationem exponit. Ut, Dialectica est ars benè differendi. Huc revocantur definitiones *petitæ ab Etymologiâ* nominis. Ut, consul est, qui consulit Patriæ.

II. *Divisio*:
 Est vel

Quid rei, quæ rei per nomen significatæ naturâ explicat. Ut, homo est animal rationale. Est vel

Essentialis, quæ datur per sola essentialia definiti. Ut, animal rationale respectu hominis. Et hæc iterum est vel

Non essentialis seu *Descriptio*, quæ datur per aliquid, quod non est essentialis definito. Ut homo esse animal risibile. Est vel

Physica, quæ datur per materiam & formam. Ut, homo est quoddam compositum ex corpore & animâ rationali.

Metaphysica sive Logica, quæ datur per genus & differentiam. Ut, homo est animal rationale: *Ea*, quæ datur per aliquid, quod est instar generis, & aliquid, quod est instar differentiæ. Ut, quantitas est accidens per se extensum.

Efficiens: Ut, si dicas: dies est motus solis supra terram; nam motus solis supra terram est causa efficiens diei.

Finalis. Ut, si dicas: Homo est animal, creatum à Deo ad fruendum æternâ beatitudine; nam fruî æternâ beatitudine est finis hominis.

Non Causalis, quæ datur vel per

Genus & proprietatem convertibilem cum definito. Ut, homo est animal risibile.

Genus & plura accidentia, quæ simul collecta cum definito convertuntur. Ut, homo est animal bipes, implume.

III. *Affectio*

1. *Definitum non potest ingredi suam definitionem*: nam definitio debet esse clarior definito, idem verò non potest esse clariùs seipsò.
2. *Definitio debet esse convertibilis cum definito*.
3. *Definitio nihil continet superfluum*.

IV. *Annotatio*

1. *Definitio sumitur vel latè vel strictè*. *Latè* & improprie, prout non distinguitur à definito, sed definitione & definito includit: *Strictè* verò, præcisè & proprie, prout distinguitur à definito, & est Enunciationis definitivæ prædicatum. Sic hoc locò sumitur.
2. *Omnis definitio constat genere & differentiâ, vel subeuntibus vicem eorum*: i. e. unò terminò communiore, & aliò vel aliis ita restringentibus, ut soli definito conveniat, quod patet ex omnibus allatis exemplis.
3. *Id quod sensu præcedit copulam, sive ipsum subjectum est DEFINITUM*: *Terminus simplex, qui sensu immediatè sequitur copulam, est genus DEFINITI, quod sæpissimè subicitur: id quod deinceps sequitur est DIFFERENTIA*.

Sequitur Definitio, in actu signatò spectata, cujus

TAB. XIV.



TAB. XIV.
DE DIVISIONE.

- In doctrina de Divisione, in actu quoque signato spectata, notetur
- I. *Definitio*: Divisio est oratio, totum in suas partes distribuens. Ut, hominis pars alia corpus, alia, anima,
- { *Nominis* quâ distinguitur multiplex significatio termini æquivoci, *Et hæc est vel*
- { 1. *Æquivoci*: æquivocantis seu nominis communis: *purè* in sua æquivocata, sive res plures, quibus aliquod nomen in diversâ significatione tribuitur. Ut, nomen canis aliquando significat animal latrans, aliquando sidus cœleste.
 1. *Analogi* in sua analogata. Ut, hominum alius verus, alius pictus.
- II. *Divisio*: Est vel
- { *Rei* quâ res aliqua vel terminus Univocus in suas partes dividitur, *Eaq; est Totius.*
- { 1. *Integralis*, quâ totum integrale distribuitur in partes integrantes. Ut, hominis pars alia caput, alia brachia, alia venter, alia pedes &c.
 { *Physicè*, per materiam & formam e. g. quando homo dividitur in corpus & animam.
 { *Metaphysicè*, per genus & differentiam e. g. quando homo dividitur in animal & rationale.
 { 1. *Generis* in suas species. Ut, animalium aliud homo, aliud brutum.
 { 2. *Accidentis* in subjecta. Ut, alborum aliud lilium, aliud nix, aliud cygnus.
 { 3. *Subjecti* in accidentia. Ut, hominum alii probi, alii improbi.
 { 4. *Accidentis* in accidentia: Ut, dulcium aliud album, aliud flavum.
 { 2. *Essentialis*, quâ totum Essentiale dividitur in partes sibi essentielles. *Idq; vel*
 { 3. *Universalis*, quâ aliquid magis communitur dividitur in minus communia. Estque
- III. *Affectio*
- { 1. *Divisum debet plus continere*: scilicet vel formaliter, actu & Physicè, vel virtualiter, potentiâ & Logicè: *quàm singula membra dividenda, seorsim sumpta.* Membris autem illis conjunctim sumptis adæquatur divisum, h. e. non plus vel minus continet, quàm illa.
 { 2. *Divisum debet adequari membris dividendis simul sumptis*, i. e. non debet latior aut angustior esse divisio.
 { 3. *Omnia membra dividenda debent inter se pugnare.*
 { 4. *Membra dividenda sint parca.*
- IV. *Annotatio*
- { 1. *Divisio est vel Physica, vel Logica.* Illa, quâ reipsâ duæ vel plures partes unitæ separantur. Ut, in morte hominis, Hæc, quâ una res mente secernitur ab aliâ.
 { 2. *Divisio nominis distinctio potius, quàm divisio appellatur*: Ut & divisio totius integralis partitio potius, quàm divisio vocatur.
 { 3. *Divisum vocatur id, à quò incipit divisio*: *Membris autem, dividenda sunt partes, in quas totum resolvitur.* Sic homo est divisum, corpus & anima sunt membra dividenda.

TAB. XV.

TAB. XV. DE SUPPOSITIONE.

I. Definitio: Suppositio est usurpatio vocis in oratione (enunciativa seu Enunciatione) positæ pro aliquo. Ut, Omnis homo est animal, vox homo usurpatur pro Joanne, Petro, & reliquis hominibus.

I. Materialis, ubi Definitio: Suppositio materialis est acceptio vocis pro seipsâ, seu pro materiâ vocis, quæ sunt literæ & syllabæ. Ut, homo est dictio dissyllaba: Vox homo accipitur pro seipsâ seu pro ipfamet voce, non pro significato. Vocatur aliô nomine *technica*, quasi dicas artificiosa vel dolosa, quia ad fallendum est apta. Cognitio: Cognoscitur quando præponitur vel præponi potest *articulus græcus τὸ*, i. e. illud, ut, τὸ animal, quasi dicas: illa vox animal. Hujus locô quidam etiam utuntur particulâ *Gallicâ li*, quæ articulo græco æquivalet.

II. Divisio: Est vel Definitio: Suppositio formalis est acceptio vocis pro suo significato. Ut, homo est animal, i. e. res illa, quæ est homo, est animal.

I. Simplex, cujus Definitio: Suppositio simplex est acceptio vocis pro suo immediato significato tantum, i. e. pro naturâ communi, seu conceptu communi. Ut, homo est universale: vox homo non sumitur pro Joanne, Petro, &c. hoc enim falsum esset; Sed pro homine in communi.

Cognitio: Cognoscitur plerumque, quando *proprietas Dialectica* subjecto tribuitur. Ut, animal est genus, homo est species, &c.

II. Formalis, ubi Definitio: Suppositio personalis est acceptio vocis pro mediato Significato, i. e. pro inferioribus vel denominatis. Ut, omnis homo est animal. Omne album est substantia, Vox *homo* accipitur pro Petro, Joanne, &c. tanquam inferioribus: item vox *album* sumitur pro *nive*, *cygno*, *pariete*, &c. tanquam denominatis.

Cognitio: Cognoscitur quando præponitur, vel præponi saltem potest *Signum aliquod*, manente eodê sensu. Ut, Omnis homo est animal. Homo est probus. Vox *homo* in utraq; sumitur personaliter, quia in priore præponitur Signum Universale, in posteriore potest præponi Signum Particulare.

Divisio: Est vel Definitio: Suppositio Universalis est acceptio vocis pro inferioribus vel denominatis copulativè enumerandis; ita ut conjunctio copulativa sumatur copulativè, h. e. ut connectat integras enunciationes. Ut, Omnis homo est animal, i. e. Joannes est animal, & Petrus est animal, & Paulus est animal, & sic de cæteris.

1. Univer- salis, cujus Absoluta, ubi nulla intelligitur exceptio. Ut, Omnis homo est animal. Vox homo sumitur absolutè.

Subdivisio: Est 1. Accommodata, ubi aliqua intelligitur exceptio. Ut, cælum tegit omnia, scilicet præter se.

2. Pro generibus singulorum, quando vox accipitur pro omnibus generibus seu speciebus, non autem pro omnibus Individuis. Ut, omne animal fuit in arca Noë: i. e. omne genus seu species animalis, non autem omne Individuum.

Pro singulis generum, quando vox sumitur pro omnibus suis Individuis. Ut, omnis homo est animal.

2. Copulata, est acceptio vocis pro inferioribus vel denominatis copulativè enumerandis, ita ut conjunctio copulativa copulet solos terminos. Ut, omnia Elementa sunt quatuor, i. e. ignis, & aër, & aqua, & terra, sunt quatuor.

3. Determinata, est acceptio vocis pro inferioribus vel denominatis disjunctivè (ut Conjunctio disjungat Enunciationes) enumerandis. Ut, aliquis homo est probus, i. e. vel Joannes est probus, vel Petrus est probus, &c.

4. Confusa, est acceptio vocis pro inferioribus vel denominatis disjunctim (ut Conjunctio disjunctiva disjungat terminos) enumerandis. Ut, omnis homo est animal, i. e. omnis homo est vel hoc, vel illud, vel istud, vel aliud animal.

III. Affectio 1. In argumentatione non licet mutare genus acceptiois. i. e. non licet unam & eandem vocem semel accipere materialiter, & semel formaliter.

2. In argumentatione non licet procedere à non distributo ad distributum. i. e. non licet aliquem terminum, qui in antecedente non sumitur universaliter, in consequente ponere universaliter.

IV. Annotatio: Suppositio dicitur ex eo, quod vox in oratione plerumq; supponatur. i. e. Substituatur in locum alterius, nempe rei, per illam significatæ. Iterdum tamen etiam accipitur pro seipsâ, quod casu non substituitur in locum alterius; dicitur tamen etiam supponi, extensâ significatione verbi istius ad quamcunque vocis acceptionem.

TAB. XVI.

Resat Suppositio, cujus notetur

TAB. XVI.
DE SYLLOGISMO.

I. *Definitio*: Syllogismus est oratio, in qua, quibusdam positis, aliud quiddam ab iis, quae posita sunt, necessario accidit, eò quòd hæc sunt. Ut, omne animal est vivens. Omnis homo est animal. E omnis homo est vivens. Hic nota, quod Syllogismus Categoricalis hic definiatur, de composito autem non agatur.

Terciamen is operatio est de compositis ratiocinatio, quæ fit per Syllogismum, cuius notetur

Materialia, ex quibus velut materia cõstruitur Syllogismus. Sunt autem vel

Interna, quæ sunt in ipso Syllogismo. Et iterum sunt vel

II. Principia, quæ sunt vel

Formalia, sunt dispositiones quædam principiorum materialium, nimirum dispositiones

Propositionum, scilicet Modus cuius

Enumeratio: Modi

Externa, de quibus in seq. Tab.

III. Divisio, de qua in seq.

1. *Majus Extremum*: major terminus: est quòd in conclusione præstantiorem locum obtinet, i. e. locum prædicati.

2. *Minus Extremum*, quod in conclusione minus præstantem locum obtinet, i. e. locum subjecti.

3. *Medium*, est terminus, qui bis in antecedente Syllogismi ponitur.

Propinqua, sũt Propositiones, quarum etiã tres sunt, nimirum

1. *Major Propositio*, est illa pars Antecedentis, in qua ponitur majus Extremum.

2. *Minor Propositio*, est illa pars Antecedentis, in qua ponitur minus Extremum.

3. *Conclusio*, est Enunciatio, quæ ex aliis inferitur.

Definitio: *Figura Syllogistica* est dispositio medi cum Extremis secundum subjectionem & prædicationem.

Terminorum scilicet Figura, cuius

Divisio: *Prima*, in qua medium semel subicitur, & semel prædicatur.

Secunda, in qua medium bis prædicatur.

Tertia, in qua medium bis subicitur.

Definitio: *Modus Syllogisticus* est trium Enunciationum Syllogismi dispositio secundum quantitatem & qualitatem.

Divisio: *Directus*, in quò majus Extremum concluditur de minori.

Indirectus, in quo minus Extremum concluditur de majori,

Directi: *Barbara, Celarent, Darii, Ferio.*

Indirecti: *Baralipton, Celantes, Dabitis, Fapesmo, Fesomorum.*

Secunda Figura: *Cesare, Camestres, Festino, Baroco.*

Tertia Figura: *Davanti, Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.*

1. *Singula vocabula* consistunt tribus Syllabis, & singula syllabæ in gulis vocalibus.

2. *Tres ille vocales* significant Enunciationes Syllogisticas, prima Majorem, secunda Minorem, tertia Conclusionem.

3. *A. significat universalem Affirmativam.*

E. significat universalem Negativam.

I. Particularem Affirmativam.

O. Particularem Negativam, juxta Versus:

Afferit A. negat E. sed universaliter amba. (ambo.)

Afferit I. negat O. sed particulariter

TAB. XVII.

TAB. XVII.
DE SYLLOGISMI REGULIS ET CON-
VERSIONE.

Principia Externa, quæ non sunt in ipso Syllogismo, sunt vel

Dirigentiæ, seu axio-
mata & propositio-
nes per se notæ,
quibus nititur Con-
sequentia Syllogi-
stica. Sunt autem

1. Dictum de

Omni, ita habens: quicquid dicitur de Subjecto Universè sum-
ptò, dicitur & de quovis, quod subsumitur sub illo. Ut, quia
vivens dicitur de omni animali, dicitur etiam de homine & a-
liis sub animali contentis.

1. Nullo, ita sonans: Quicquid negatur de subjecto universè sum-
ptò, negatur & de quovis, quod subsumitur sub illo. Ut, quia
planta negatur de omni animali, etiam negatur de homine,
& aliis contentis sub animali.

2. Regule
Syllogis-
morum

1. Genera-
les, quarum

- 1. In omni Syllogismo tres tantum termini esse possunt.
- 2. Medium Syllogisticum non potest ingredi Conclusionem, neque ex toto, neque ex parte.
- 3. In alterâ præmissarum medium debet distribui.
- 4. Ex puris particularibus nihil sequitur.
- 5. Ex puris negativis nihil sequitur.
- 6. Conclusio sequatur partem debiliorem: i.e. quando una præmissarum est particularis aut negativa, Conclusio etiam debet esse particularis aut negativa.

Pri-
ma,
cujus

- 1. Ex minore negante nihil sequitur in primâ Figurâ.
- 2. Ex Majore particulari nihil concluditur in primâ Figurâ: juxta versum:
Sit minor affirmans, nec Major sit specialis.

2. Specia-
les, Figuræ

Secun-
da,
cujus

- 1. Ex puris affirmativis nihil sequitur in secundâ Figurâ.
- 2. Ex Majore particulari nihil sequitur in secundâ Figurâ. versus: una negans præcat, nec Major sit specialis.

Tertia,
cujus

- 1. Ex Minore negante nihil sequitur in Tertiâ Figurâ.
- 2. Conclusio debet esse particularis in Tertiâ Figurâ. versus: Sit minor affirmans: Conclusio sit specialis.

Definitio: Conversio est subjecti in prædicatum, & prædicati in Subje-
ctum, manente eadem qualitate & veritate Enunciationis, muta-
tio. Ut, omnis homo est animal. E. aliquod animal est homo. Pri-
or dicitur *Conversa*, posterior *Convertens*.

1. Conversio
Proposi-
tionum,
cujus

Divisio:
Est vel

- Simplex*, in quâ servatur eadem quantitas Propositionum.
Ut, Nullus homo est brutum. E. Nullum brutum est
homo.
- Per accidens*, in quâ mutatur quantitas Propositionum.
Ut, Omnis homo est animal. E. aliquod animal est
homo.

Perficiendi, quibus
Syllogismi im-
perfecti reducun-
tur ad perfectos,
sunt

Annotatio: In omni Conversione unum est præcipuè observandum,
ut integra extrema transponantur: i.e. totum subjectum fiat Prædi-
catum & totum Prædicatum fiat subjectum. Unde non valet: Homo
videt lapidem. E. lapis videt hominem. Sed sic: E. aliquod videns
lapidem est homo.

2. Reductio Syllogismorum, de qua in seq. Tab.

B

TAB. XVIII.

TAB. XVIII.
DE REDUCTIONE SYLLOGIS-
MORUM.

I. *Definitio*: *Reductio* Syllogismorum est, quando ex Syllogismo imperfecto fit perfectus, ut ostendatur imperfectus fuisse legitimus.

Definitio: *Reductio ostensiva sive directa* est, cum in Syllogismo perfecto, ad quem fit reductio, inferitur eadem Conclusio, quæ inferebatur in imperfecto, vel certè ejus conversa, retentò eòdem mediò.

I. *Ostensiva sive directa*,
cujus

1. Quatuor sunt *literæ initiales* quatuor modorum perfectorum primæ Figuræ, scilicet *B. C. D. F.* ab unâ istarum incipiunt reliqui modi omnes.

2. *Prima litera* cujusque modi imperfecti significat illum modum reduci ad perfectum ab eadem literâ incipientem. Ut, omnes, qui incipiunt à *B.* reducuntur ad *Barbara*, qui à *C.* ad *Celarent*, &c.

3. *Duæ Consonantes S. & P.* (in mediò posita, & ad præcedentem, non ad sequentem vocalem pertinentes) designant Conversionem Propositionis: *S.* quidem Conversionem Simplicem; *P.* verò per Accidens.

4. *Litera M.* ubicunque posita significat, præmissas esse transponendas: *Litera C.* verò, in medio posita, denotat reductionem per impossibile, juxta Versus:

S. vult simpliciter verti, P. verò per Acci:

M. vult transponi, C. per impossibile duci.

II. *Per Expositionem*, cum mediò singulari substitutò in locum medi communi, inferitur eadem conclusio, quæ inferebatur in Syllogismo de mediò communi. Hoc modò reducendos docet Aristoteles Syllogismos tertiæ Figuræ. v. g. *O. homo est rationalis. O. homo est animal. E. Aliquod animal est rationale. Sumam medium singulare, & emergit iste: Petrus est rationalis, Petrus est animal. E. aliquod animal est rationale.*

1. *Definitio*: *Reductio per Impossibile* est, cum ex contradictoriâ Conclusionis & unâ præmissarum inferitur contradictoria alterius præmissæ. Ut, sit Syllogismus in Cesare hoc modò: *Nullus homo est irrationalis. Omne brutum est irrationale; E. nullum brutum est homo. Hic per Impossibile ad Ferio ita reducitur: Nullus homo est irrationalis. Aliquod brutum est homo. E. Aliquod brutum non est irrationale. Hic nota, quòd interdum inferatur contraria, ut in modo *DARAPTI*; interdum etiam Conversa contradictoriâ, ut in modo *CELANTES*: interdum Conversa contrariâ, ut in modo *BARALIP*.*

III. *Per Impossibile*, ubi

Pro Prima Figurâ

Major fit Minor, ut sit contradictio major, Excipe Celantes, in quò convertitur ordo.

Pro Secunda Figurâ

Servat Majorem, variatq; Secunda Minorem.

Pro Tertiâ Figurâ

Tertia Majorem variat, servatq; Minorem.

2. *Observatio*

2. In versu sequente: *Phæbifer axis, obit terras, Sphæramq; quotannis*: hæc sunt notanda: 1. *Duæ primæ voces: Phæbifer axis*, designant quinque modos indirectos primæ Figuræ: *duæ sequentes: Obit terras*, modos secundæ Figuræ: *duæ ultimæ: Sphæramq; quotannis*, modos tertiæ Figuræ. 2. *Prima syllaba* respondet primo modo, secunda secundo, tertia tertio, &c. 3. *Vocalis cujusque syllabæ* designat quantitatem & qualitatem Conclusionis illius modi perfecti, ad quem faciendâ est reductio: Ut, si sit vocalis *E.* reducitur ad *Celarent*, quia hic modus habet in Conclusionem *E.* &c.

III. *Annotatio*: *Principia* vel instrumenta Reductionis sunt *Conversio* & *præmissarum Transpositio*, ita tamen, ut aliquando solâ *Conversio* sufficiat, aliquando & *Conversione* & *transpositione* opus sit.

TAB. XIX.

In Principiis Syllogismi externis perficientibus restat Reductio, cujus notetur

II. *Divisio*:
Reductio
est vel

TAB. XIX.
DE SYLLOGISMI DIVISIONE.

Perfectus, cui nulla pars essentialis deest, nec ullô indiget principiô perficienti, ut cuius sanæ mentis appareat necessaria ejus Consequentia. Tales sunt Syllogismi modorum directorum Primæ Figuræ.

Invidens, est iste, qui indiget unô principiô perficienti, vel pluribus, ut cuius sanæ mentis appareat necessaria ejus Consequentia. Tales sunt omnes Syllogismi Secundæ & Tertie Figuræ, nec non quinque Indirecti primæ Figuræ.

Definitio: Syllogismus imperfectus mutilus est, cui pars una essentialis deest.

I. *Entymema*, est Syllogismus imperfectus ex verisimilibus & signis, in quô una præmissarum est omissa. Ut, Omne animal est substantia. E. omnis homo est substantia. Reducitur ad Syllogismum perfectum additione omisæ præmissæ, nimirum in exemplô allatô hujus: Omnis homo est animal.

II. *Inductio*, cujus

Definitio: Inductio est à singularibus vel minus communibus ad universalialia & magis communia accessio. Ut, Petrus est risibilis. Joannes est risibilis. Paulus est risibilis, & sic de cæteris. E. omnis homo est risibilis. Avaritia est vituperanda, & sic de cæteris: E. omne vitium est vituperandum.

Divisio: Est vel

Perfecta, in quâ enumerantur omnia singularia vel minus communia, per hanc clausulam: & sic de cæteris.
Imperfecta, in quâ non enumerantur omnia Singularia vel minus communia, omisâ hâc clausulâ: & sic de cæteris.

III. *Exemplum*, est ab unô Singulari ad aliud propter aliquam similitudinem progressio. Seu: est argumentatio, in quâ unum Singulare ex aliô colligitur. Ut, David pœnitens misericordiam consecutus est. E. & nos pœnitentes consequemur.

Definitio: Sorites est argumentatio, in quâ continuâ serie multarum propositionum, de prædicatô præcedentis propositionis semper dicitur novum prædicatum, donec ultimum prædicatum dicatur de primo Subjecto. Ut, O. homo est animal. O. animal est vivens. O. vivens est corpus. O. corpus est substantia. E. omnis homo est substantia.

IV. *Sorites*, cujus

Annotatio: Si prior Sorite præmissa est affirmativa, reliquæ omnes debent esse affirmativæ. Unde N. V. Qui benè bibit, benè dormit. Qui benè dormit non peccat. Qui non peccat est beatus. E. qui benè bibit est beatus. (Alii aliter docent & dicunt, præmissas non per Accidens, sed per se debere esse veras.) Si autem præmissa prior sit negativâ, reliquæ etiam debent esse negativæ: Sin ultima saltim præmissa est negativâ, Conclusio etiam est negativâ, nec Sorites est vitiosus.

Syllogismus est vel

Imperfectus, qui vel

Mutilus, cujus


Enumeratio

TAB. XX.
DE SYLLOGISMO DEMONSTRATIVO.

Sic fuit Judicium, seu pars Dialecticæ communis & prior; Sequitur Inventio seu pars propria & posterior, de Syllogismi Materia, quæ vel

- I. *Definitio*: Demonstratio est Syllogismus, cujus præmissæ sunt primò veræ, vel ex primò veris evidenter probari possunt.
- Illustratio respectu partis
- Prioris, à causâ ad effectum. Ut, Omne animal rationale est risibile. Omnis homo est animal rationale. E, Omnis homo est risibilis.
- Posterioris, ab effectu ad causam. Ut, omne risibile est rationale. Omnis homo est risibilis. E. Omnis homo est rationalis.
2. *Definitio*
- Explicatio
1. Verum dependet ab objecto, h. e. à re, de quâ propositio formatur. Unde Aristoteles: Non propterea quòd nos te album dicimus, tu albus es; sed quia tu albus es, ideo te album dicimus.
2. Primò veræ sunt, quæ non per alia, sed per seipsa fidem habent: i. e. Propositiones primò veræ sunt, quæ non possunt probari per alias, continentes causam veritatis ipsarum. Ut, Omne animal rationale est risibile, Omne totum est majus suâ parte.
- A priori, seu potissima & propter quid, in quâ proceditur à causâ propter quam ad effectum; sive in quâ proprietas de subjecto per causam demonstratur. Ut, Omne animal rationale est risibile. Omnis homo est animal rationale. E. Omnis homo est risibilis.
- A posteriori, seu secundaria & quòd, in quâ vel ex effectu causa demonstratur, vel ex negatione causæ remotæ effectus negatur. Ut, homo est risibilis. E. est rationalis. Lapis non vivit. E. non sentit.
3. *Divisio*: Demonstratio est vel
1. *Ostensiva*, quæ nihil aliud est, quàm Demonstratio propter quid.
2. *Per impossibile*, quâ probatur aliquid verum esse propterea, quia aliàs sequeretur absurdum. Ut, si quis diceret, hominem non esse rationalem, vel quantum non esse extensum, committeret absurdum: Sequeretur enim, hominem non esse hominem, & quantum non esse quantum. Quia autem hoc absurdum est, ideoque contradictorium verum erit, nempè hominem esse rationalem, & quantum esse extensum.
4. *Annotatio*
1. Nota propositionum ad Demonstrationem idoneæ, numerantur tres: Prima est, ut sint de omni: Secunda, ut sint per se: Tertia, ut sint universaliter prima.
2. Esse de Omni est, quando prædicatum competit seu inest omni subjecto & semper. Ut, cygno albedo, homini risibilitas.
3. Esse per se fit quatuor modis: 1. quando prædicatum est de definitione subjecti. Ut, homo est animal. 2. quando subjectum est de definitione prædicati. Ut, homo est risibilis. 3. quando aliquid per se subsistit. Ut, substantia respectu accidentis, qui modus propriè ad demonstrationem, non pertinet. 4. quando subjectum & prædicatum ut causa proxima & effectus ejus cohærent. Ut, si dicas: cui jugulum est confossum, is moritur.
4. Esse universaliter primum est, cum non tantum rei omni & per se aliquid inest, sed etiam quatenus illa talis est. Ut, facultas ridendi inest homini; Omnis enim homo per se, & quatenus homo, illâ facultate est præditus.
5. Propositiones, ex quibus aliquid demonstratur, debent esse primæ, non solum primitate subjecti, seu ut primum subjectum; Sed etiam primitate Causæ, seu ut prima Causa. Ut, Omnis homo est risibilis: non enim alia res risibilitatem habet, quàm homo. Sic, Omne rationale est risibile, à ratione enim est risibilitas, seu rationalitas est prima causa risibilitatis.
- II. *Probabilis*, hinc Syllogismus Dialecticus seu Topicus.
- III. *Sophistica*, hinc Syllogismus Sophisticus, seu Doctrina de Fallaciis, de quibus omnibus in seqq.

TAB. XXI.



TAB. XXI.

DE SYLLOGISMO DIALECTICO SEU
TOPICO.

Materiam Syllogismi necessariam sequitur probabilis, unde Syllogismus Dialecticus, cujus

I. *Definitio*: Syllogismus Dialecticus seu Topicus est, qui ex probabilibus est collectus: i.e. cujus præmissæ sunt probabiles tantum, sive utraque illarum, sive alterutra: Ut, Omnis mater diligit filium. Hæc est mater. E. Hæc diligit filium.

II. *Definitionis explicatio*:
 1. *Probabilitas dependet à Subiecto*, i.e. ab hominibus, rationes probabiles afferentibus.
 2. *Probabile est*, quod videtur aut omnibus, aut pluribus, aut sapientissimis, iisque vel omnibus, vel pluribus, vel spectatissimis. Ut, Parentes diligunt liberos. Bona animi sunt præstantiora bonis corporis. Anima hominis est immortalis. Mundus non est æternus.

III. *Locus, cujus*
 1. *Definitio*: Locus est sedes argumenti. i.e. ex quo ad propositam quæstionem conveniens trahitur argumentum. Argumentum autem est probabile fundamentum ad faciendum fidem.

1. *Maxima sive axioma*, est propositio generalis per se nota, per quam multa argumenta probantur. Ut hæc: Quicquid dicitur de definitione dicitur etiam de definito.

2. *Divisio Locus est duplex*

2. *Differentia Mixima*, est locus, continens plures Maximas. Ut, Locus à Definitione, à Genere &c. Hic autem locus est vel
Internus, ex quo petuntur argumenta, quorum terminus inferens est intrinsecus illato.
Externus, ex quo sumuntur argumenta, quorum terminus inferens est extrinsecus illato.
Medius, ex quo sumuntur argumenta, quorum terminus inferens non est omnino intrinsecus, nec omnino extrinsecus illato.

1. *Terminus inferens* est, qui ponitur tantum in Antecedente. *Terminus illatus*, qui ponitur tantum in Consequente. Quod si ponatur terminus aliquis in Antecedente & consequente, vocatur *terminus communis*. Ut hic: Omnis homo est animal. E. Omnis homo est substantia; Terminus inferens est animal: illatus, substantia: Communis, homo.

2. *Argumentamur à Locis Dialecticis dupliciter*, nimirum *affirmative & negative*. Utroque verò modo *tripliciter*: 1. *Ex parte subiecti*, dum terminus inferens est subiectum. Ut, omnis homo est risibilis. E. & Petrus est risibilis. 2. *Ex parte prædicati*, dum terminus inferens est Prædicatum. Ut, planta non est animal. E. planta non est brutum. 3. *Ex parte utriusque*, dum & subiectum & prædicatum est terminus inferens, quod fit, quando sunt duo termini inferentes, & duo illati, nullus communis. Ut, Sobrietas est laudanda. E. Ebrietas est vituperanda.

IV. *Annotatio*: Syllogismus Dialecticus multum differt à Syllogismo Demonstrativo: Hic enim accuratam rei cognitionem & scientiam gignit; Ille confusam tantum notitiam parit: Unde etiam veram opinionem pro fine vulgò habere dicitur.

TAB. XXII.
DE LOCIS INTERNIS.

In Locis internis sigillatim exponendis occurrit Locus

I. A Definitio-
ne, cujus
Maxima, ex
parte

1. *Subjecti*: Quicquid affirmatur vel negatur de definitione, (in actu exercito) affirmatur vel negatur etiam de definito. Ut, Animal rationale est risibile. E. homo est risibilis. Animal rationale non est lapis. E. homo non est lapis.

2. *Prædicati*: De quocumq; affirmatur vel negatur Definitio, de eodem affirmatur vel negatur definitum. Ut, Petrus est animal rationale. E. Petrus est homo. Equus non est animal rationale. E. equus non est homo.

3. *Utriusq;*: Si Definitio affirmetur vel negetur de definitione, etiam definitum affirmabitur vel negabitur de definito. Ut, animal rationale est corpus animatum sensitivum. E. Homo est animal. Animal rationale non est animal irrationale. E. homo non est brutum.

II. A. Genere
ad speciem,
ubi Maxi-
ma, ex parte

1. *Subjecti*: Quicquid affirmatur vel negatur de genere (quolibet termino magis communi) distributò, affirmatur vel negatur de qualibet ejus specie (quolibet ejus termino minus communi) ut, Omne animal vivit. E. Omnis homo vivit. Nulla planta, est lapis. E. Nulla quercus est lapis.

2. *Prædicati*: De quocumq; affirmatur vel negatur genus distributum, de eodem affirmatur vel negatur qualibet ejus species. Ut, Homo omni sensu est præditus. E. homo etiam præditus est visu. Planta non est animal. Et planta non est homo, nec brutum. (Alii dicunt tò affirmari intelligendum esse sub disjunctione, e.g. Petrus est animal. E. vel homo, vel brutum: tò negari verò sine disjunctione, e.g. arbor non est animal. E. nec homo nec brutum. Angeli non sunt redempti. E. nec electi, nec reprobi, propriè sumtis vocibus.

3. *Utriusq;*: Si Genus distributum affirmetur vel negetur de altero genere distributò, qualibet ejus species affirmabitur vel negabitur de qualibet alterius specie. Ut, omnis homo est præditus omni sensu. E. Petrus præditus est visu. Omnis planta est expers omnis sensus. E. Arbor est expers visus, auditus, &c. Nulla plana est animal. E. Nulla quercus est homo.

Distributum argumentari non licet. Ut, non sequitur. Omnis homo est rationalis. E. omne animal est rationale. Nullus homo est quadrupes. E. Nullum animal est quadrupes. Si tamen enumerentur omnes species, licebit, quia tunc erit inductio. Ut, omnis homo sentit. Omnis leo sentit. Omnis equus sentit, & sic de cæteris. E. Omne animal sentit.

III. A Specie
ad Genus

1. *Subjecti*: Quicquid affirmatur vel negatur de specie, affirmatur vel negatur etiam de genere. Ut, Homo est rationalis. E. aliquod animal est rationale. Asinus nò est rationalis. Aliquod animal non est rationale.

Affirmativè valet ita: De quò affirmatur species, de eò affirmatur Genus. Ut, Joannes est homo. E. Joannes est animal,

Negativè, non valet: non enim sequitur: De quò negatur species, de illo negatur Genus. e.g. N. V. Leo non est homo. E. Leo non est animal. Æthiops non est albus. E. Æthiops non est coloratus.

Non distribu-
tum, argu-
mentamur
ex parte

2. *Prædicati, ubi*

3. *Utriusq;*: Si species affirmatur de specie, etiam Genus affirmabitur de Genere. Ut, Aliquod corpus est album. E. Aliqua substantia est colorata. *Negativè etiam non valet*, non enim sequitur. Aliquis homo non est albus. E. aliquod animal non est coloratum. Aliquis homo non diligit cuprum. E. Aliquod animal non diligit aliquod metallum.

TAB. XXIII.

TAB. XXIII.
DE LOCIS INTERNIS.

Ad Locos internos pertinet etiam Locus

IV. A totò in modo, ad partem in modo, cujus utriusque

V. A totò Integrali & partibus integrantibus, ubi Maxima

VI. A Causa Materiali, cujus Maxima

1. *Definitio*: *Totum in modo* est nomen, positum sine restrictione seu particulâ restringente, comparatum ad idem nomen positum cum illâ. Ut, Homo, Philosophus.
Pars in modo est nomen, positum cum restrictione seu particulâ restringente, comparatum ad idem, positum sine illâ. Ut, homo doctus, Philosophus eximius.

2. *Argumentandi ratio*: Argumentamur à totò in modo ad partem in modo eodem planè modo, quò à Genere ad Speciem; & vice versâ, à parte in modo, ad totum in modo eodem planè modo, quò à specie ad Genus. Totum enim in modo est instar generis, & pars in modo est instar speciei. Ut, omnes homines sunt mortales. E. etiam homines docti sunt mortales. Nulli homines sunt immortales, E. nec homines divites sunt immortales. Christus redemit omnes homines, E. etiam homines impios. Deus non vult perire ullos homines. E. nec homines peccatores.

3. *Observatio*: Videndum ne sumatur particula alienans vel diminuens, seu, ut Philosophus loqui amat, dictum secundum quid. Hinc non sequitur: Æthiops est albus secundum dentes. E. est albus. Cadaver est homo mortuus. E. est homo. Ratio est, quia particula, secundum dentes, diminuit significationem vocis albus, quam quidem non planè tollit, ita tamen minuit, ut sine istâ particulâ Æthiopi tribui non possit. Sic particula mortuus est alienans, i. e. planè tollens significationem vocis homo.

1. *Positò totò integrali, ponuntur omnes partes necessariae* (partes enim sunt duplices; necessariae, sine quibus totum esse non potest: Ut, fundamentum in domo, caput in homine: & non necessariae, sine quibus totum esse potest, ut, fenestra in domo, manus in homine.) Ut, domus est, E. fundamentum est, tectum, &c. Homo est, E. caput habet. Non autem sequitur: Domus est, E. fenestra est, &c. nisi positâ perfectione totius: ut, domus perfecta est, E. etiam fenestra est.

2. *Ablatò totò aufertur aliqua pars necessaria*. Ut, non est domus. E. non est fundamentum, tectum, vel paries. Notanter dicitur aliqua, quia sæpè totò sublatò manet aliqua pars necessaria, e. g. destructâ domo manet interdum fundamentum, vel paries aliquis, quamvis non amplius sit pars totius.

3. *Positis omnibus partibus necessariis* (aptè inter se coherentibus) ponitur totum. Ut, fundamentum, parietes, tectum sunt, & aptè inter se coherent. E. domus est.

4. *Ablatâ aliquâ parte necessaria tollitur totum*. Ut, fundamentum non est. E. domus non est. Caput non est, E. homo non est.

1. *Positâ materiâ fieri potest effectus*, scilicet quantum est ex parte materiæ. Ut, ferrum est, E. gladius fieri potest. Farina est, E. panis fieri potest.

2. *Sublatâ materiâ necessariâ fieri non potest effectus*. Ut, non sunt ligna, lapides, &c. E. domus fieri non potest. Non est farina, E. panis fieri non potest.

3. *Sublatâ materiâ permanente* (quæ manet in effectu, e. g. ferrum in gladio) necessaria, tollitur effectus. Ut, ferrum non est, E. gladius non est.

4. *Si materia transiens* (quæ non manet in effectu, e. g. farina respectu panis) necessaria non fuerit, non est effectus. Ut, non fuit farina, E. non est panis.

5. *Ab effectu ad materiam ita argumentamur*: Positò effectu materiæ permanentis necessaria, ponitur materia. Ut, gladius est, E. ferrum est. Sic etiam: Positò effectu materiæ transeuntis necessaria, necesse est materiam fuisse. Ut, panis est, E. farina fuit. Negativè non valet: non enim sequitur: Gladius non est, E. ferrum non est. Panis non est, E. farina non fuit.

B 4

TAB. XXIV.

TAB. XXIV.
DE LOCIS INTERNIS.

- In Locis Internis restat Locus
- VII. A Causa Formali, cuius Maxima
1. Positâ causâ formali, ponitur effectus; Supple, si sit conjuncta seu unita materia. Ut, anima rationalis est unita corpori E. homo est. Albedo est. E. album est.
 2. Sublatâ Causâ formali, tollitur effectus. Ut, Anima rationalis non est. E. homo non est. Albedo non est. E. album non est.
 3. Cujus forma præstantior, ipsum præstantius; scilicet cæteris paribus. Ut, anima humana est præstantior formâ cœli & animâ bruti. E. & homo est præstantior cœlô & brutô. Non autem valet, quando cætera non sunt paria; non enim sequitur: Forma poculi argentei est præstantior formâ aurei, E. poculum argenteum est præstantius aureô: Ratio est, quia cætera non sunt paria, non enim est paritas materiae.
 4. Ab effectu formali ita argumentamur: Positô effectu formali, ponitur causa formalis, & sublatô effectu tollitur causa formalis: Supple, vel non est unita materia. Ut homo est E. anima rationalis est. Homo non est. E. Anima rationalis non est, scilicet unita materia, nimirum corpori. Sic etiam: Si effectus formalis est præstantior, forma est præstantior: Supple, nisi aliunde major illi præstantia proveniat. Ut, homo est præstantior cœlô & brutô E. anima humana est præstantior formâ cœli & animâ bruti.
 - Prioris: Ab inesse ad denominare argumentamur, quando ex eô, quod forma sit in aliquô, colligimus concretum de illô affirmari. Ut, albedo est in pariete. E. paries est albus.
 - Posteriores: A denominare ad inesse argumentamur, quando ex eô, quod Concretum denominet subjectum, colligimus formam inesse. Ut, paries est albus. E. albedo est in pariete.
- VIII. Ab inesse ad denominare, & Contrâ: Ubi
1. Argumentandi ratio respectu partis
 - Prioris: Videndum 1. ut forma insit sufficienter, nimirum satis intense i.e. perfectius, quam forma opposita; & satis extense i. e. ultra mediam partem subjecti capacis, nec non satis diu. 2. Ut sumatur proprium Concretum formæ. 3. Ne sumatur Concretum extrinsecè denominans. 4. Ut abstractum eô modô insit, quem importat Concretum. 5. Ut Concretum non repugnet ei, cui forma inest.
 - Posteriores: Videndum 1. ne Concretum extrinsecè denominet. 2. Ut sit proprium Concretum formæ. Vid. Dutrieu, & Claris. Dn. Spindlerus Tract. Log. p. m. 307. & seqq.
 2. Observatio, respectu
- IX. A Generatione, Corruptione & Usu, Maxima
1. Cujus generatio per se bona, ipsum bonum; cuius mala, ipsum malum. Ut, Nativitas Christi bona fuit. E. ipse bonus: Anti-Christi mala, E. ipse malus.
 2. Cujus corruptio per se bona, ipsum malum; cuius mala, ipsum bonum. Ut, mors furum & latronum bona est. E. ipsi mali. Per accidens non valet: non enim sequitur: Mors Christi fuit bona, scilicet nobis. E. ipse malus.
 3. Cujus usus per se bonus, ipsum bonum; cuius malus, ipsum malum. Ut, impugnare hæresin est bonum. E. bona est scientia. Si autem sumatur abusus pro usu, nihil concludetur. Ut, N. V. inebriari malum est, E. vinum est malum.
- X. Ab Antecedente & Consequente quoad
1. Illatione, cuius Maxima
 1. Positô Antecedente (illationis, quod alterum infert) ponitur consequens. Ut homo est. E. animal est. Non Contrâ, homo non est, E. animal non est.
 2. Sublatô Consequente (illationis, quod ab alterô infertur) tollitur Antecedens. Ut, animal non est E. homo non est. Non contrâ; homo non est. E. animal non est.
 2. Tempus, quando aliquid tempore præcedit, vel sequitur alterum, tunc est contraria argumentandi forma. Sublatô enim hoc Antecedente, tollitur Consequens. Ut, non sunt flores. E. non erunt fructus. Positô autem Consequente, ponitur Antecedens. Ut, sunt fructus. E. fuerunt flores. Non autem sequitur: Sunt flores E. erunt fructus: non sunt fructus. E. non fuerunt flores.
- XI. A Communiter accidentibus, quæ rem ordinariè circumstant, quorum Maxima: Positô unô communiter accidentium, verisimiliter ponitur & alterum; intellige ordine & tempore, quo illi conjungi solet. Ut, sunt Encænia. E. erunt rixæ. Sunt Bacchanalia. E. erunt Computationes. Hic expallescit E. malè sibi est conscius. Ille est commodis moribus. E. benè educatus.

TAB. XXV.

TAB. XXV.
DE LOCIS EXTERNIS.

Sic fuerant Loc'i interni, sequuntur, Externi, quorum

I. Ab Efficiente, vel

Naturali, eaque vel

Necessaria, cuius Maxima

- 1. Posita causa efficiente necessaria (sine qua effectus esse nequit, nec contra) ponitur effectus, & contra. Ut, sol ortus est. E. dies est. Dies est. E. sol ortus est.
- 2. Sublata causa efficiente necessaria, tollitur effectus, & contra. Ut, sol non ortus est. E. dies non est. Dies non est. E. sol ortus non est.

Sufficienti, cuius Maxima

- 1. Posita causa efficiente sufficiente (qua sine effectu quidem esse nequit, bene tamen effectus sine illa) ponitur effectus, non contra. Ut, jugulatus est. E. mortuus est. Non sic: mortuus est. E. jugulatus est.
- 2. Sublata causa efficiente sufficienti, non tollitur effectus, sed bene contra. Ut, non sequitur: Non est jugulatus, E. non est mortuus. Sequitur autem: non est mortuus, E. non est jugulatus.

Actu, cuius Maxima

- 1. Posita causa efficiente libera (qua, positis omnibus ad agendum necessariis, potest agere & non agere) in actu, effectum fieri necesse est. Ut, edificans est. E. aedes fiunt. Pinsens est. E. panis fit.
- 2. Sublata causa efficiente libera in actu, effectum non fieri necesse est. Ut, edificans non est. E. domus fieri non potest. Pinsens non est. E. panis fieri non potest.

Libera, eaque vel in

1. Maxima

- 1. Posita Causa efficiente libera in potentia, potest fieri effectus, supple, quantum est ex parte efficientis. Ut, edificator est, E. domus fieri potest. Pistor est. E. panis fieri potest.
- 2. Sublata causa efficiente libera in potentia, tollitur effectus. Ut, edificator non est. E. domus fieri non potest. Pistor non est. E. panis fieri non potest.

Potentia cuius

2. Norm: Possenimur argumetari quoq;

- 1. Posito effectu, necesse est, causam efficientem fuisse. Ut, domus est. E. edificator fuit.
 - 2. Si sit effectus, efficientem in actu poni necesse est. Ut, aedes fiunt, E. edificans est.
 - 3. Si non sit effectus, nec efficiens in actu ponitur. Ut panis non fit E. pinsens non est.
- Hoc modo: Cujus causa efficiens bona est, id ipsum bonum: Cujus mala, ipsum malum. Ut, Creator bonus est. E. creatura bona. Diabolus malus est. E. opera ipsius mala.

II. Apotentia ad actum, & contra: ubi Maxima

- 1. De quocung, negatur potentia, de eodem negatur actus, non contra. Ut, Christus nunquam potuit peccare E. nunquam peccavit. Non autem sequitur: Sedens vel dormiens non ambulat E. non potest ambulare.
- 2. De quocung, affirmatur actus, de eodem affirmatur potentia, non contra. Ut, Deus quosdam mortuos ad vitam revocavit E. potest mortuos ad vitam revocare. Non autem sequitur: sedens potest ambulare E. sedens ambulat.
- 3. Frustra est potentia, que non reducitur ad actum, nec in se, nec in simili. Ut, Pontificii nunquam fecerunt vera miracula. E. non possunt ulla facere. Hinc potentia Dei, qua, juxta effatum Christi, Deus dicitur posse Abrahamo semen ex lapidibus suscitare, non est frustra, quia traducta est in actum, non quidem in se, sed in simili, in prima nimirum creatione, ubi ex limo terra hominem creavit & formavit.

TAB. XXVI.
DE LOCIS EXTERNIS.

				<p>1. <i>Cujus finis bonus (per se, non per accidens) ipsum bonum ; cuius malus, ipsum malum.</i> Ut, scinetia est bona. E. Studium est bonum. Occidere malum est. E. & infidias frueri.</p> <p>2. <i>Si finis sit possibilis, media sunt possibilis, & contra.</i> Ut, potes evadere in virum doctum, E. potes literis operam navare. Potes literis operam navare. E. potes evadere in virum doctum.</p> <p>3. <i>Obtentio sine perfecte & complete, cessant media; nisi iisdem mediis conservandus sit.</i> Ut, pax est. E. non est pugnandum. Non autem sequitur: Doctus es, E. Non amplius studendum, quia doctrina seu eruditio conservatur studio.</p> <p>4. <i>Posita intentione finis, eligenda sunt media.</i> Ut, Vis esse doctus? E. tibi studendum est.</p>
III. ACausa Finali, cuius Maxima	1. Maxima			<p>1. <i>Propter quod unumquodq, est tale, etiam illud est tale.</i> Ut, aqua est calida propter ignem. E. ignis est calidus.</p> <p>2. <i>Propter quod unumquodq, est tale, illud magis est tale.</i> Ut, aqua est calida propter ignem. E. ignis magis est calidus.</p>
IV. Ab Appositione, ubi	2. Nota			<p>1. <i>Non debet sumi causa intrinseca respectu effectus.</i> Non enim sequitur: Petrus est homo propter animam. E. anima est homo, vel magis est homo.</p> <p>2. <i>Si sumatur causa efficiens, debet sumi causa univoca.</i> i. e. ejusdem speciei cum effectu; unde non sequitur: Terra est calida propter solem. E. Sol est calidus vel magis calidus, quia Sol est causa caloris æquivoca.</p> <p>3. <i>Ut secundum axioma locum habeat, debet sumi denominatio, quæ admittit magis & minus.</i> Hinc non sequitur: Lumen existit propter solem. E. Sol magis existit: denominatio enim existit magis & minus non recipit.</p>
V. Ab Autoritate	Divina	Negativa, ab autoritate	Negativa vel	<p><i>Affirmative infallibile, non dialecticum ducitur argumentum.</i> Ut, Sacra Scriptura asserit, hominem justificari fide sine operibus. E. hoc infallibiliter verum est.</p> <p><i>Negative infallibile quoque ducitur argumentum.</i> Ut Sacra Scriptura negat, hominem justificari operibus, E. homo non justificatur operibus.</p> <p><i>Pure negativa, à quâ, non procedit argumentum, sive divina sit, sive humana autoritas.</i> Ut, non sequitur: Scriptura Sacra nusquam dicit, me jam sedere. E. jam non sedeo.</p> <p><i>Simul privativa i. e. quæ non affirmat, ubi affirmare debebat, si res ita se haberet, ab hac, inquam, infallibile ducitur argumentum.</i> Ut, Scriptura Sacra nusquam dicit, esse purgatorium, quod tamen asserere deberet, si res ita se haberet. E. non est purgatorium.</p>
	Humana			<p><i>Affirmative, juxta hanc Maximam: Unicuique experto in sua arte credendum, supple, nisi vel manifesta ratio, vel experientia, vel alius artifex & peritus contrarium testetur.</i> Ut, Aristoteles dicit, terram quiescere. E. quiescit.</p> <p><i>Negative, ab autoritate negativa, quæ simul privativa est, probabile ducitur argumentum.</i> Ut, Aristoteles nusquam dicit, terram moveri. E. terra non movetur.</p>

Ad Locos Externos pertinet quoque Locus

TAB. XXVII.

TAB. XXVII.
DE LOCIS EXTERNIS.

In Locis Externis superest Locus

VI. *A simili & pari*, ubi Maxima: Similium similis, & parium par est ratio. Ut, Domina debet imperare ancillæ. E. & ratio appetitui. Joannes est mortalis. E. & Petrus est mortalis.

VII. *A Majori & Minori*, & quidem à

Majori, seu quod magis est verisimile, ad *minus* seu quod minus verisimile, negativè tantum argumentamur juxta hanc Maximam: *Si quod verisimilius videtur, verum non est, nec id, quod minus verisimile videtur, verum erit.* Ut, Exercitus hic non potuit expugnare arcem parum munitam. E. non expugnabit munitissimam urbem. Vir robustus nequit ferre saxum centum pondo. E. puer non gestabit saxum mille pondo.

Minori, affirmativè tantum juxta hanc Maximam: *Si, quod minus videtur verisimile, verum est, multò magis, quod videtur verisimilius, verum erit.* Ut, sola Venetorum Respublica potest reprimere Turcã. E. multò magis poterunt omnium Christianorum conjunctæ copię. Puer potest portare lapidem. E. multò magis vir robustus portabit lapidem.

VIII. *A Comparatione*, nimirum

1. *A Positivo ad Comparativum* argumentamur negativè tantum, ita: Cui denegatur Positivus, eidem etiam denegatur Comparativus. Ut, non est bonus. E. non est melior.
2. *A Comparativo* (propriè sumto, non cum Adverbio minus e.g. meliori.e. minus malus) *ad Positivum* argumentamur affirmativè tantum, ita: Cui convenit Comparativus, eidem etiam convenit Positivus. Ut, est melior. E. est bonus. Non autem: Fornicatio est melior adulteriò. E. fornicatio est bona; quia π melior sumitur impropiè, pro minus malò.
3. *Proceditur etiam à duobus Positivis ad duos Comparativos & Superlativos, & contrà.* Ut, docti sunt honorandi. E. doctiores sunt magis honorandi, & doctissimi maxime honorandi. Doctissimi sunt maxime honorandi, & Doctiores magis. E. Docti sunt honorandi.

IX. *A repugnantibus & Disparatis*: De quocunque affirmatur unum repugnantium (quæ de eodem singulari simul verè affirmari non possunt simpliciter & eodem respectu) aut Disparatorum (quæ non præcisè repugnant) *substantialium*, de eodem naturaliter negatur alterum. Ut, hic paries est albus. E. non est niger. Hæc aqua est calida. E. non est frigida. Petrus est homo. E. non est equus.

Relative: Relativa se mutuò ponunt & tollunt. Ut, est Præceptor. E. est discipulus. Non est Præceptor. E. non est discipulus.

Specie, nimirum ab Oppositis

- Contrariè*, ubi Maxima
1. *Cui convenit unum contrariorum*, potest & alterum convenire, nisi insit à naturâ. Ut, hic ægrotat. E. non potest esse sanus.
 2. *Si de aliquo subjecto capaci negatur unum contrariorum immediatorum*, de eodem affirmabitur alterum. Ut, hic non ægrotat. E. est sanus.

Privativè, argumentamur à negatione unius de subjecto capaci ad affirmationem alterius. Ut, hic non est cæcus. E. potest videre.

Contradictoriè: De quolibet est affirmatio vel negatio vera. Ut, brutum non est homo. E. est non homo.

X. *Ab Oppositis* in

- Maxima
1. *Ab affirmatione unius ad negationem alterius V. C.* Ut, Æneas fuit filius Anchisæ. E. non fuit ejus Pater. Hic est sanus. E. non est æger. Petrus potest videre. E. non est cæcus. Joannes est homo. E. non est non homo.
 2. *Oppositorum* (scilicet *Relative* & *Contrariè*) *subjectorum opposita sunt consequentia seu prædicata.* Ut, Præceptoris est docere. E. discipuli est discere. Virtus est laudanda. E. vitium vituperandum.

Genere, ubi

- Nota
1. *Fallit regula posterior in privativè oppositis.* Ut, non sequitur: Videns est vivens. E. cæcus est mortuus.
 2. *In Contrariis non sumantur contraria*, quæ opponuntur per excessum & defectum. Non enim sequitur: Avaritia est vituperanda. E. prodigalitas est laudanda.
 3. *Utrobique*, i.e. tum in Contrariis, tum *Relative* Oppositis, *non sumatur Propositio particulariter tantum vera.* Ut, N. V. album est dulce. E. nigrum est amarum.
 4. *In Contradictoriis non utimur Consequentia ejusdè ordinis, sed inversi.* Ut, Omnis homo est animal. E. Omne non animal est non homo.

TAB. XXVIII.



TAB. XXVIII.
DE LOCIS MEDIIS.

			<p><i>Conjugata sunt plura, quorum unum ab altero derivatur, nimirum Abstractum & Concretum. Ut, justus & justitia. Albus & albedo.</i></p>	
	1. De-	{	<p><i>Casus sunt plura, quæ ab eodem derivantur; nimirum plura Concreta & Denominativa ejusdem formæ. Ut, justus & justè. Bonus & benè. Sapiens & sapienter.</i></p>	
	finitio	}		
<p>Abolutis Locis Inter- nis & Exter- nis sequun- tur <i>Medii</i>, ni- mirum Lo- cus</p>	<p>I. A Con- jugatis & Casibus, quorum</p>	<p>2. Argumen- tandi ratio, ex parte</p>	<p>1. <i>Subjeçti, tribuendò illi aliquid potissimùm denotans laudem & vituperium juxta hanc Maximam: Cum quò coheret vel non coheret unum Conjugatorum vel Casuum, cum eo coheret, vel non coheret alterum. Ut, Justitia est laudanda. E. justus est laudandus. Sobrietas non est vituperanda. E. sobrius non est vituperandus.</i></p>	
			<p>2. Utriusque dupliciter</p>	<p>1. <i>A duobus Abstractis ad duo Concreta, secundùm hanc Maximam: Si Abstractum prædicatur de Abstracto, etiam Concretum prædicatur de Concreto. Ut, albedo est color. E. album est coloratum.</i></p>
				<p>2. <i>A duobus Concretis ad duo Abstracta, juxta sequentem Maximam: Si Concretum prædicatur de Concreto, etiam Abstractum prædicatur de Abstracto. Ut, album est coloratum. E. albedo est color.</i></p>
		3. Annotatio	<p>1. <i>Videndum, ne sumantur conjugata, significatione discrepantia, in quibus regulæ fallunt. Non enim sequitur: Turpitude est forma. E. turpis est formosus: nam vox <i>forma</i> est generalis, & tam deformi, quàm pulchro tribuitur; formosus autem idem est, quod pulcher.</i></p> <p>2. <i>Cavendum quoque, ne Abstracta realiter inter se differant, quemadmodum e. g. albedo & dulcedo. Non enim sequitur: Album est dulce. E. albedo est dulcedo. Si verò abstracta solâ ratione distinguantur, valent regulæ in omnibus Prædicationibus, etiam Accidentalibus, & quibuscunque in Quale.</i></p>	
		II. A Divisione Totius Universalis, ubi Maxima	<p>1. <i>Affirmatò divisò, & negatis omnibus membris dividendis; exceptò unò, concluditur quod est reliquum. Ut, equus est animal, & non est homo. E. est brutum.</i></p> <p>2. <i>A quò removentur omnia membra dividenda, ab eodem. removetur divisum. Ut, planta non est homo, nec brutum. E. planta non est animal. Nota: Argumentum ab affirmatione unius membri ad negationem alterius potius confirmari solet per Locum à Disparatis.</i></p>	

TAB. XXIX.

TAB. XXIX.

DE FALLACIIS IN DICTIONE.

Materia Syllogismi Sophistica tandem succedit, seu doctrina de Fallaciis, quæ sunt vel

- In dictione quæ causam apparentiæ habent in dictione seu voce: Et sunt quinque nimirum Fallacia
- I. *Æquivocationis*, quæ provenit ex voce æquivocâ, æquivocè sumpta. Ut, omnis canis latrat. Aliquod sidus cœleste est canis. E. Aliquod sidus cœleste latrat. Omnis, gallus est avis. Quidam homo est gallus. E. Quidam homo est avis. Mutatur significatio vocis canis & gallus.
- II. *Amphibolæ*, quæ provenit ex oratione in variò sensu acceptâ. Ut, Qui arat litus, terram aratrò proscindit. Operam perdens arat litus. E. operam perdens terram aratrò proscindit. Mutatur significatio orationis, arat litus.
- III. *Compositio- nis, & Divisio- nis, & quidem*
- Compositio- nis*, cum Propositio vera in sensu divisò, falsa est in sensu composito. Ut, Possibile est, omnem parietem esse nigrum. Aliquis paries est albus. E. Possibile est, aliquod album esse nigrum. Vera est Conclusio, si sumatur in sensu divisò, ita: Possibile est, ut res illa, quæ jam est alba, postea sit nigra. Falsa verò, si sumatur in sensu composito, in quo sumitur, nimirum ita: possibile est album, quâ album, seu ratione albedinis, esse nigrum.
- Divisio- nis*, cum propositio vera in sensu composito, falsa est in sensu divisò. Ut, Impossibile est album esse nigrum. Hic paries est albus. E. impossibile est hunc parietem esse nigrum. Vera est Major in sensu composito, ita: Impossibile est album, quâ album, & ratione albedinis, esse nigrum. Falsa verò in sensu divisò, in quò deberet sumi, nempe ita: Impossibile est ut res illa, quæ jam est alba, postea sit nigra. Quemadmodum ergò in priori exemplo Conclusio falsa infertur in in sensu composito: ita in posteriori, ex Majore falsa in sensu divisò, conclusio falsa colligitur in sensu divisò. Plura brevitatis gratiâ omitto, & ad laudati Dn, Spindleri Tract. Log. p. m. 348. & seqq. lectorem remitto.
- IV. *Accentus*, quæ provenit ex variatione accentus: nimirum cum variatur
1. *Accentus propriè dictus*. Ut, Qui lepores venatur, canibus indiget. Poëta lepores venatur. E. Poëta canibus indiget.
2. *Quantitas Syllaba Prosodica*. Ut, Omnis populus est arbor. Collectio plebis est populus. E. collectio plebis est arbor.
3. *Spiritus*. Ut, Omnis hortus est viridis. Sol ortus est. E. Sol est viridis.
4. *Syllaba*. Ut, Quicquid invitè fit, coactè fit. Vinum in vite fit. E. coactè fit.
5. *Litera*. Ut: Feritas est vitium. Quædam virtus est veritas. E. Quædam virtus est vitium.
6. *Pronunciatio* seria in Ironicam, aut indicativa in Interrogativam. Ut, Qui dicit: egregiè functus es officio, laudat te. Qui iridet te, dicit ita. E. &c. qui dicit: fuisti in templo, asserit te fuisse ibi. Qui interrogat te, fuisti in templo? dicit ita: E. Qui interrogat te, asserit &c.
- V. *Figuræ dictionis*, quæ provenit ex vocum diversarum similitudine. Idq; secundum Proprietates vel
- Grammaticas*. Ut, Pons est generis Masculini. E. & frons.
- Explicitè*. Ut, coloratum est prædicamenti Qualitatis. E. & lineatum.
- Dialecticas, vel*
- Implicitè*
1. *Cum sub uno signo, significante substantiam, subsumitur quantitas vel qualitas, aut contrà*. Ut, quicquid heri emisti, comedisti. Carnem crudam heri emisti. E. carnem crudam comedisti, significat substantiam: Quicquid, omne, quodcunque. Quantitatem, quantus, quantuscunque. Qualitatem, qualis, qualiscunque.
2. *Cum Suppositio vocis variatur*. Ut, Mus rodit caseum. Mus est Syllaba. E. Syllaba rodit caseum. Homo est species infima. Petrus est homo. E. est species infima.

Extra dictionem, in seqq. Tab.

TAB. XXX.



TAB. XXX.

DE FALLACIIS EXTRA DICTIONEM.

- Fallaciæ extra dictionem, quæ causam apparentiæ habent in rebus sunt septem, nim, Fallacia
- I. *Accidentis*, quæ definitur
1. *Singulariter*: Fallacia Accidentis est, in quâ malè inferitur, aliquid convenire vel non convenire rei ex eo, quod conveniat vel non conveniat ejus accidenti. Ut, Animal est quadrupes. Homo est animal. E. Homo est quadrupes. Accidens hîc dicitur, quod aliquô modò distinguitur ab alterò, de eò tamen prædicari potest sive essentialiter sive accidentaliter. Itaq; hoc locò Accidentia respectu hominis sunt, animal, risibile, album, &c.
 2. *Vulgariter*: Fallacia Accidentis est, cum id rei per se tribuitur, quod per accidens tantum ei convenit. Ut, Quicquid homines insanos reddit, malum est. Vinum homines insanos reddit. E. Vinum malum est.
- II. *Dicti secundum quid & dicti simpliciter*, in quâ proceditur à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter, vel contra. Ut, Æthiops est albus secundum dentes. E. est albus. Æthiops non est albus. E. non est albus secundum dentes. Vel ita: Æthiops est niger & est albus secundum dentes. E. es niger, & est albus.
- III. *Ignoratiōis Elenchi*, cum non verè, sed apparenter solum contradictoria concluduntur, Ut, si quis defendat, Platonem fuisse doctiorem Aristotele, intelligendo in rebus divinis: Alius vero dicat, non fuisse doctiorem Aristotele, intelligendo in rebus humanis. Exempla plura ponit clar. Dn. Spindlerus Tract. cit. Log. p. 364.
- IV. *Petitionis principii*, cum id locò probationis sumitur, quod in quæstione, vel saltem æquè dubium erat, atque id, de quò quæritur. Ut, qui dicit, animam hominis esse immortalem, quia non interit cum corpore, committit petitionem principii, idem enim per idem probat; quia idem est, non interire cum corpore, & esse immortalem.
- V. *Consequentis*, cum Consequentia reciproca putatur, nec tamen est, Et hoc fit
1. *Cum ex consequente inferri posse putatur Antecedens*. Ut, si homo est, animal est. Sed animal est. E. Homo est.
 2. *Cum ex opposito Antecedentis sequi videtur oppositum Consequentis*. Ut, Si homo est, animal est. Sed homo non est. E. animal non est. Directè opponitur hæc Fallacia Loco ab Antecedente & Consequente, ad quem, si lubet, recurras.
- VI. *Non Cause, ut Cause*, cum falsitas Conclusionis tribuitur alicui Propositioni, quasi ex eâ efficiatur, ex quâ tamen verè non efficitur. Ut, Omnis virtus est laudanda. Omnis prodigalitas est virtus. E. Omnis prodigalitas est laudanda. Consequens est falsum. E. falsa Major: inferendum erat: E. falsa Minor.
- VII. *Plurium Interrogationum ut unius*, cum ad plures Interrogationes petitur una responsio, ac si esset una interrogatio. Ut, Homo & Lapis suntne animal? Si affirmes, inferet Adversarius, lapidem esse animal: Si neges, dicet, Hominem non esse animal. Ad vitandam ergò fraudem, pluribus etiam utendum est responsionibus, dicendo: Homo est animal, Lapis non est animal. Idem esto judicium de hac quæstione: *An penes Lutheranos, Calvinianos & Socinianos sit vera Ecclesia? Quoquò te vel affirmando vel negando unâ responsione vertas, succumbas necesse est. Ergo cautè procedas, & cum DEO vincas.*

SOLI DEO GLORIA!

XXI

INDEX

PARTIS

PRIORIS SEU COM-

MUNIS

TABULA

- I. De Propositione & Terminis in Genere.
 II. De Terminis in specie, eorumq; Divisione.
 III. De Predicatione seu ad Universalia Preparatio-
 ne.
 IV. De Termino Singulari & Universali.
 V. De Antepredicamentis.
 VI. De Predicamentis in genere.
 VII. De Substantiâ.
 VIII. De Quantitate.
 IX. De Qualitate.
 X. De Septem Ultimis Prædicamentis.
 XI. De Postpredicamentis.
 XII. De Enunciatione.
 XIII. De Definitione.
 XIV. De Divisione.
 XV. De Suppositione.
 XVI. De Syllogismo.
 XVII. De Syllogismi Regulis & Conversione.
 XVIII. De Reductione Syllogismorum.
 XIX. De Syllogismi Divisione.

POSTERIORIS SEU PRO-

PRIÆ

TABULA

- XX. De Syllogismo Demonstrativo.
 XXI. De Syllogismo Dialectico seu Topico.
 XXII. De Locis Internis, à Definitione, à Genere, &
 Specie.
 XXIII. De Locis Internis, à toto in modò, à toto inte-
 grali, & Causâ Materiali.
 XXIV. De Locis Internis, à Causâ Formali, ab inesse,
 ad denominare, à Generatione, Corruptione & Usu,
 ab Antecedente & Consequente, à Communiter Ac-
 cidentibus.
 XXV. De Locis Externis, ab Efficiente, à Potentiâ ad
 Actum.
 XXVI. De Locis Externis à Causâ finali, ab Appositi-
 one, ab Autoritate.
 XXVII. De Locis Externis à Simili & Pari, à Majori
 & Minori, à Comparatione, à Repugnantibus, ab Op-
 positis.
 XXVIII. De Locis Mediis, à Conjugatis & Casibus, à
 Divisione Totius Universalis.
 XXIX. De Fallaciis in Dictione.
 XXX. De Fallaciis extra Dictionem.



Gregium non fingit opus, quemcunque perita
 Organa destituunt, altera dextra fabri.
 Philosophi manus est, instrumentumque, venusta
 Ars Logicæ, regnum quæ Sophies referat.

Ergò foelicem te, VIR DOCTISSIME, dico,
 Quem Pindi ad culmen protulit ista via.
 Sed ne tam foelix alios via fortè lateret,
 Publicitùs monstras aurea strata viæ.
 Mercurii posthac statuam te terra vocabit,
 Cui callem Sophies indigitasse placet.

Doctissimo Dn. Autori

amicæ gratulationis ergò fundebat

JOHANN. ZEISOLD,
 Prof. Publ.

Dum

DVm sacra veridici meditaris dogmata verbi,
 Non tuus angustâ stat regione labor.
 Enthea vis animi quoque plurima prendere paucis,
DVTRIEV & inventis addere lumen, a vet.
 Tantis amor studii, doctrinae tanta cupido
 Cunctos observat temporis articulos.
 Plures opto tibi porro, **REINMANNE**, recessus
 A curis, plures ut facias tabulas.

gratulab.

f.

M. JOHAN. Frischmuth.
 P. P.

PInge Thalia virum, quem corda ferocia pubis
 egregiis monitis perpoliisse juvet,
 Cuique, Stagirita sic iudice, pro benefactis
 æquivalens pretium reddere nemo queat.
 Pictus adest, Sophici **REINMANNUS**, gloria coetus,
 nec non Theologici flosque Venusque chori.
 Quàm fidâ teneram formabat voce Juventam,
 cùm gereret claræ sceptrâ regenda scholæ!
 Nec cessat (quamvis Christi conscendere iussus
 navim) Musæosusque juvare greges.
 Credere cunctaris? mentis, metuentia nec tus,
 nec scombros ullos, hæc monumenta lege.

Clariss. Dn. Autori

deproperab. JENÆ

M. PAULUS Schmidt.

F I N I S.

123



173










PK + VDA 22.
3 = Chigid.





sententia Aristotelis. 80. a. E. ob universali-
 suam consideratur à Metaphysicò. ib. non ad
 affirmativam tantum est restringendum,
 in propositionibus negativis. 37. a. D.
 quia quod est, in Philosophia falsum esse ne-
 a. 90. b. B.
 amitur dupliciter. 92. b. C. strictim sumitur



ra, Cuiusquatu isvertatò subjectu. 44. b. F. est
 terti. ib. quò sensu naturalis possit dici? 48. a. A.
 intellectus si sunt accidentia, anima cum in sum-
 er accidens. 78. a. B. b. A. (b. E.
 a. C. parò dicitur elementum translatic. 58.
 boni ratione alterius. 92. a. A. consistit in deno-
 extrinsecà. ib. comparatur vel cù fine, vel cum
 contingens quid? 73. b. F. (subjecto. ib. F.
 Z. (a. D.
 licatur. 74. b. A. B. C. refutatur. 41. a. F. 76.

PHILIPPUS DUTRIEU
 ENUCLEATUS.

SEU

MANUDUCTIO
 EJUSDEM AD LO-
 GICAM

Tabulis xxx. inclusa,

ET IN LUCEM EDITA


A

GEORGIO FRIDERICO REIN-

MANNO, Scholæ Rudolstadtensis olim Rectore, hodiè
 verò Ecclesiæ ibidem Diacono.

AD MOMUM.

*Invide quid nostros carpis Tu Mome labores?
 Si libet, ut video, carpere, carpe tua.*



J E N Æ,

Literis GEORGI SENGENVALDII,
 M. DC. LIV.